

753
24
PACIFICVM CERTAMEN


S E V

IN R. P. IVLII NIGRONI GENVENSIS
Cf. 6
Societatis Iesu Præsbyteri opusculum
Posthumum.

C O N T I N E N S D I S P U T A T I O N E M
de S. Ignatio Loyola, & de B. Caetano, illo Societa-
tis, hoc Clericorum Regularium Fudatore.

ANIMADVERSIONES.

Ic: Baptista Castaldi Neapolitani Clerici Regularis:



M E S S A N E:

Typis Reu. Camera Archiep. Apud Io: Franciscum Biancum, 1635,
Superiorum Permissu.

De mandato Perillustris, & Reverendissimi Domini
D. Joseph Stagno Canonici Protometropo-
litanae Messanensis Ecclesiae, eiusdemque G. V.
Pacificum Certamen, seu Io: Baptista Castaldi
Nobilissimæ Clericorum Regularium Familia
Alumni elaboratas nimis Animaduersiones per-
legi, quæ nec fidei aduersantur dogmatibus, nec
bonis repugnant moribus. Messanæ die 13.Iunij
1635.

Vincentius Riccius Abbas Monasterij S. Nicolai
S.T.D. & Protonotarius Apost.

Imprimatur

D. Joseph Stagnus
Vic. Gen.

Imprimatur

Franciscus Cauatore
pro Ill. Präsid. de
Blaschis.



Adesto vnuſ Deus Omnipotens

Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

SVppliciter te deprecor Deus meus, vt
abundantia pietatis tuæ ; munusculum ,
quod ego indignus famulus , tuus tibi
offerо, benignus intendas. Respice quæsu-
mus, de Sanctuario tuo , & de excelso Cælo-
rum habitaculo , & seruitutis meæ pium offi-
cium ne despicias. Illustra faciem tuam super
seruum tuum . Non confundar, quoniam ad
te confugi . Sub umbra alarum tuarum pro-
tege me à contradictione linguarum . Exur-
ge. Domine adiuua me , & libera me proptes
nomen tuum . Amen.

SIT TIBI SANCTA DEI MATER LAVS.

MARIA Mater, & Virgo . Apud diuinam clementiam
sic per te excusabile, quod per te ingero ; & quod Deo
obligio latuſ opruli; cuiſ suffragantibus meritis fiat munus ac-
ceptum. Amen.

Tu autem
ò homo Dei

certa

bonū certamen

P^a Tim. VI.

Ex commissione Adm. R. P. D. Matchei Sandomango Prae-
positi Generalis Clericorum Regularium Nos infra scripti
recognouimus Lib:um cui titulus est Animaduersio: s R.P. Ioan-
ni Baptista Castaldi Neapolitani Clerici Regularis in histori-
cam disputationem R. P. Iulij Nig:oni Societatis Iesu de Con-
gressu S. Ignatij Loyola cum B. Caetano Thienzo, nihilq; in ea
reperimus quod bonos mores , aut fidem orthodoxam offen-
dat; quare dignum iudicamus , ut typis mandetur . Datum
Neapoli in Domo nostra S. Marie Aduocata , die 14. Ianua-
tij 1635.

**D. Jacobus Dentice Clericus Regularis Sacrae Theologie pro-
fessor.**

**D. Bernardus Saracenus Clericus Regularis Sacrae Theologie
professor.**

D. M A T T H A V S S A N C T O M A N G O
Præpositus Generalis Clericorum
Regularium.

Hoc opus cui Inscriptio Animadueriones Patris D. Io: Ba-
ptistæ Castaldi Neapolitani Clerici Regularis S. T. D. in
historicam disputationem Patris Iulij Nigroni Societatis Iesu
de congressu Sancti Ignatij Loyolæ cum Beato Cajetano Thie-
næo a nonnullis Theologis nostris Congregationis nostra au-
toritate recognitum, & approbatum. Vt typis mandetur (mo-
do ijs ad quos spectat videbitur) facultatem concedimus. In
quorum fidem presentes manu nostra subscriptas, & solito Si-
gillo Congregationis munitas damus. Neapoli in Aedibus no-
stris S. Pauli Maioris 17. Ianuarij 1635.

D. Matthæus Sanctomango Præpositus Generalis Clericorum
Regularium.

Locus Sigilli.

D. Franciscus Barilius Secretarius.

PACIFICVM CERTAMEN
S E V
IN R. P. IVLII NIGRONI
HISTORICAM DISPV TATIONEM
ANIMADVER SIONES.



P R A E F A T I O :

Ihil homines mirari debent, si religiosi viri,
quibus cor vnum est, & anima vna : qui Do-
mino iugiter famulantur, cuius singulare est
insigne, Deum pacis, & dilectionis vocitari:
aliquando calamis ad inuicem pacifice dimi-
cent . Hoc nāmque miro modo, ad initru-
ctionem fidelium, ad nostram, omniumq. doctrinam, præfigu-
ratum scimus in mystica Sanctorum quatuor animalium
quadriga, quam nobilis Dei vates Ezechiel ipso sui dicendi
initio descriptam proposuit, quæ pennis, castrorum fragore
similabant. *Audiebam* (hæc ille) sonum alarum, vi sonus ca-
strorum . Omnim sensu biga hæc duplicata, iustas, Deoquè
charas animas prænotat: quod si quandoq. inter has iurgium
in dimicanti opinatu [apparet interpositum, non bellicosus
hic se immiscet affetus: non cor huc aduolat pugnans, nec
animus acumine stylī punctus, vindicabundus accedit. Cala-
mus.hic ensis est, Calamo hic decertatur: Certamen hic ca-
lānum dumtaxat, & non quoquo modo, sed pro suo stante
papyro habet belligeratorem. Castra adumbramus tantum,
non efformamus: dum hæc rumorem non habent, sed sonum,

Ezzech.
1.24.



As

si quandoq. fragorem ardis, esto cordatus : fragor hic ad
relicam non tendit charitatis, dum fragor alarum, ac pennatū,
tueatur potius illam, quam perdat, aut' atterat. Vnde legis pen-
nas has dimicantes iunctas, non diuisas. *unctieq. erant pennae co-*
rum alterius ad alterum : Cum idem proflus animus persistat
cum variо sensu . Coniuncta voluntas diuersam non tollit op-
nionem : omniaq; a nobis (licet cum aliquali discrimine) fiunt
sicut decet , & Sanctos Christi charitate concordes . Quod &
Apostolis Sancte Ecclesiae firmioribus columnis, magistris
nostris , & plerisq; Apostolorum discipulis legitur contigisse :
quid mirum si & nobis eorum asseclis ?

Et quidem , nedum sine charitatis lаſione ; verum , & cum
charitatis vſura, ipsa charitate, amoris igne flammante, quaе de

Vit. B. Sancto Ignatio in vita B. Patris mei Caietani, me tradidisse nar-
Caiet. c. raui, ipsa testetur narratio , ipsa in medium profiliat, quam ne
2.
in minimo quidem immutata credatur, ad verbum à Nigrone

Hist. di- „ ex italicо interpretatam, apponam. Hęc noua planta diuino
ſput. n. 1 „ fœcundata fauore, adeo suum odorem feliciter, & cum vni-

„ uersali applausu spargit; vt cum illum S. Ignatius Loiola Ve-
„ netijs anno 1536. olfecisset, plenus eo spiritu, qui eum coe-
„ gerat deserere duplex terrenę militię periculū; quò meliori
„ spe aliquem ordinē militij spiritualis, ac religiosę arripe-
„ ret; conatus est tuismodi bono propius frui. Itaq. diebus ati
„ quot commoratus est in cœnobio S. Nicolai Tolentiniatis, ab
„ illis Patribus magna charitate tractatus. Postmodum cum ad
„ illum viuendi modū impensius esset affeclus, petiuit à B. Ca-
„ ietano, vt se in ipsorum cœtū aggregaret, atq; habitu eiusdem
„ Religionis indueret. Verum noster Beatus præuidēs, atq; ex
„ nobili modo agendi S. Ignatij præagiēs copiosum fructum ,
„ quem producturus erat, respondit illi (quod in negotijs ar-
„ dnis solitus erat) vt preces pro ea re Deo funderet ipse; quē-
„ admodum etiam Patres erant supplicaturi; & post hęc susci-
„ perēt eā deliberationē, quaе à Domino demonstrata fuisset,
„ Ita fecerunt : & aliquo diebus claphis , Caietanus Ignatio
„ renunciauit, quod Spiritus Sanctus, non illum quidem vca-
„ bat ad hanc Religionem , sed quod seruitium Dei futurum
„ fuisset, vt ipse aliam presbyterorum pariter: sed a quo forem
fun-

fundaret. Quomodo proorsus contigit felicibus progressibus anno 1540. sextodecimo post nostram institutam.

Hæc verba euangelizantis pacem, euāgelizantis bona compériens, amico, ac pacifico ingressu Societatis nos penetrasse aures; quippeque nescio quo recipientium zelo pacis non fure nuncia, sed belli. Immutarunt adagium omnibus vsq; nunc inauditum. Non ex bello pax; sed ex pace bellum legétes. Non multò post alterius fundatoris Pauli IV. sumi Pontificis sanctissimi gesta componens; narrationis filum hoc renui, ac abnui historiæ illi contexere. Neque, qui inter S. Ignatium, & Sanctissimum Pontificem nostrum interfuerū sermones typis dedi. Nullum tamen officiosa hæc modestia honorem habuit; nam Nigronus ultor in aduersariū se accinxit: in cōmentarijs asceticis ad Societatis regulas, & cassis indicijs mendacem etiam me submurmurate non est veritus, meumq; officium, videlicet, quod Ignatij cum Carrafa congressum non recensui contra me contorquet in iaculum: afferendo Ignatium nūquam cum Caïetano colloquutum, cum id, & repugnauerit statui, quē tunc profitebatur Sanctus ille; & tēpus cōtōquij non possit assignari: verū, & si non repugnaret: non Caïetano, sed cum Carrafa hæc religiosa declarare vota debuisset. Nihilominus ex mea ipsa narratione hanc veritatem potuisset, si ipsi non displicuisset, haurire: dum enim cum suis diuinum exploraturus numen se se Caietanus obulerit; procul dubio Carrafam inter Patres priuatim, Ignatij pius hic congressus latere non potuit.

Nec contra vnum fuit Nigronus: accessit & Franciscus Sacchinus. Per epistolam ad perillustrem Comitem Marcum Thienzum à Nigrono, me defendi: Sacchiniū autem, etiam si cōtra meam hanc respōsionem insurrexerit, non curauit; cupidus iuria, & contentiones sepelire; illud intēdens, quia nouissimam fore in scriptione, ipsorum scriptiōnēm fore nouissimam: imo & in Romana Curia, & apud locorum ordinarios in actis canonizationis B.P. Caïetani hoc ipsum: in modum non addaxi; gloriam B.P. mei Caïetani in eo reponens: venerabiles mihi patres non contristari: Hoc ipse B. è celo fecit: ut sicut cum eorum parente uiuēs charitatis exercuit munia, ac suo propheticō spīitu, quæ adhuc arcana latebant; diuina luce resulas, de futura

prole annunciauerat: ipsius scilicet, & copiosum, & frumentosum carum. Ita nunc mortuus; alumnos cōtristari (licet in ipsa veritate) non permisit: sed quid? en iterato aggrediuntur silentes; occupant, quem occasio illata litis non occupat: inuadunt, que mastix satyrica, licet inuaserit, non concitauit: Et defuncto Nigrone, Nigroni vocabulo libellū à mortis tenebris nouissime ediderunt in lucem Patres Societatis, Societatis foedera, & paecis terminos supergressi. Et utinam in me tantum Nigronus lassisset, haud certe quererer, etiam si me dixisset mendaciorum extirnam cōtexisse: ac satis mihi fuisset veritatem, quo potuisse modò, cum &is aperire. Verum videtur ille Religio nostrarū perdendz quantus quantus est incubere: Eo præsertim tempore quo à me Societas laudatur: atque eius institutum cognitum à B. P. meo Caietano futurum valde proficuum adhuc pēdente hominum iudicio protuli. Ille è contra nostram Religionem facit S. Ignatij iudicio non valentem ultra progreedi; instituto non mutato: quam tamē elapsō iam centenario in Ecclesia Dei (instituto non mutato) plurimi prosecisse norūt omnes. Quæ in proximorū salutē ab ipso sui exordio nostra Cōgregatio peregit veliter illi denegat confidenter, actuosaq. fateri non vult, quam Pontificum Constitutiones, & Decreta actuosa instituunt, confirmantq. Eiusdem eximiam Paupertatem Apostolorum simillimam nimis extenuat, ac infra eam, quæ in Societate est, collocat: & nihilominus Orbis vniuersi cōsensus probobis est: qui, nec ipsi etiam Societatis professores vellent cōtraire, si forte inter nos essent substantiae cōmutandæ. Clericorum, & Monachorum sanctissimis legibus mixti instituti fulgor, quo cunctis admirantibus, mira varietate omnium prima nostra prelucet Familia, obumbrare contendit. Priscos nostros Patres doctrinis multicipiiter ornatissimos vnius solius humana non admodum, sed diuina nimium sapientia exculti, morūq. sanctimonia spectatissimi, exceptione denigrare præsumit: dicente Apostolo. Nunquid omnes doctores? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Euolauit igitur in mediū rursus Nigronus aliquoc ab hinc annis mortuus, & scripto acri incautarū mentium aulas iterū apparuit intrōmissus. Concitata contra perfentij calamorum castra. Nec hinc stupor

Rupor ad mortuum Nigronem sustollendum unum statuere ea.
Iamum fas non erat; pennas iunxit ut alterius ad alterum. Col-
ligarunt plures: coaptarunt in alas obstrepetes. Meo accinctus
calamo in arenam descendio. Hoc sperans quod veritatis solus
licet calamus pennarum strueas falanges dirimet. Veritatis
sol dissoluet. Talem colligationem male puto constare ante
lucem. Aspiciunt autem lucem nouissimè diebus istis hec Ani-
madiuersiones, in quibus nos rorundum diuturnum desiderium ex-
plere cogor, vel inuitus, vix è graui, eaq. vehementi ægritudi-
ne confirmatus. Evidem nihil respondendum purabam: nam
& si sapientibus, & insipientibus, debitores sumus (vt ait Apo-
stolus) de horū iudicio, & estimatione nihil curare debemus.
Illi vero quia sapientes sunt, quæ multa in paruo opusculo na-
niter oboluuntur, quanti facienda sit e bene norunt: Verum
tamen creberrimis instantijs undiq. ad me conuolantibus
excitatus, ab ijs potissimum, qui præ ceteris Sancto Zelo du-
cuntur, nunc demum, quæ paraueram prodo: supplici-

ger Lectorem etiam, atq. etiam rogans; ut animum

in primis meum in uenerabilem Sancti Ignatij

Societatem propensum aspiciat, &

multiplieiter pluries la-

cessito benignus

ignoscat.

Rom. 1.
nro. 15.

D*icitur*

DICTORVM A NIGRONO
pugnantium, & sibi contradicentium.

MEMORIALE.

ANIMA DVERSIO I.

VT autem ab ipso dicendi exordio compertum sit omnibus,
cuius auctoritatis eiususc fidei sit libellus, cui posthumus
nomen dederunt usus melius si prudentum iudicis, tamquam
abortium; absconditum, nō substeret; vel qui concepti non
viderunt lumen. Divisiones, & que sibi inuicem aduersantur, qui-
bus copiosus planè, & locuples est, in medium prodeant; & sine
sapientibus viris monumenta, & posteris nostris séper, quibus
subsidiis fultus deceret Nigronus: non enim ornamēta verbo-
rum, lenocinia, atq. fuci, fidem altruant, sed vis præpotens ve-
De Orat ritatis. Vnde est illud a Romanis eloquentia parente egregie
104. cit. commendatum. Nec ornatus causam suam dici voluit, quā sim-
a Niz. plex ratio veritatis ferrebat. **M**aior namq (vt mihi §. Amb. fatur)
De Abr amb: tio eloquentia mendacio, simplexe veritatis fides. S' ne hælic-
abā Pat. tione vtritur a Nigronus argumentatione à possibili ad actū, b
lib. 1. c. 2 quam tamen omnino damna, quia illa me uti credit.

a §. 31. Me pungit, cæsi logices, neq. limites attigerim; & nihilo-
nu. 108. minus logices ipse immemor præceptorum; d non causam pro-
circa fi. causa adducit. Religiosus quippe habitus peti à quocūq potest:
b §. 8. n. & Sanctitas Caietani sufficere facile potuit Ignatio, vt suum.
24. 25. illi aperiret secretum. A parte e argumentatur ad totū: & rur-
c ib. n. 25 sus ab eo quod esse potest ad id quod necessario futurū ponit.
d §. 7. n. Quoniam (inquit) caritas fidelium in aliqua ciuitate, aut regione:
22. ob terra sterilitatem, ac penuriam rerum vieti, necessiarum re-
e §. 20 frigescere potest. A disparato, f neq. necessario antecedente, cu-
nu. 77. iusmodi sunt Natalitiz Epiphaniorum, atq. Cineralium so-
f §. 9. n. lemnitates, deducere nititur, Ignatium, & Caietanum Venetijs
27. §. 73 collocutos nūquā. Quia vlsq. ad Gallias, & Hispanias, g vbi de-
nu. 43. guerat Ignatius, fama sanctitatis Caietani non peruerterat; hæc
g Syn. n. Venetijs, vbi Caietani nomen erat celeberrimum, olsacere nō
potuit
:4.

potuit Ignatius.

A Spiritu Sancto ad nostram Religionem quia dixerat Caic
canus non vocatum Ignacium, b à Diabolico Spiritu, vel hu- b §. 3 n.
mano, fallaci inductione, progressam petitionem infere, quam - II.
etiam ab eodem Sancto Spiritu processisse sentiunt omnes.

Facta nō præsumi nisi probentur; afferit ex Iasone, i qui loco i Sy. n. 3
ab eo citato, hoc literis cōsignasse K non reperitur. K Iaso.

Legem de damno infectio adulteratam adducit. l Damnū. per. s.
infectum est, inquit, quod nondum factū est sed futurum veremur: l Sy. n. 5
Quia fieri potest. " Quia fieri potest, apponit de suo Nigronus.

Ea verò sic adulterata, id quod expugnare nō sit, valde cor-
roborat, ijs potissimum armis, quibus ad destruendum uti cre-
dit. m Vis argumentationis Nigronica est, ut deducat ad incō
ueniens, ex potentia, quz antecps est, ad esse, & non esse, inferri
determinatum esse. n Damnū infectum determinatū à deter-
minatō. Quia veremur, " quia fieri potest, quod additur, causam
connotat ad esse, & non esse, anticipē, non ad determinatū esse:
ergo à causa anticipi ad esse, & non esse, sequeretur necessario
damnū infectum, quod habet determinatum esse, ergo nō me
carpere potest, etiam si dixisset, iuit, quia potuit; ergo quod
expugnare præsumit fortius firmat.

Contrarium omnino probat lex, o quz non excusat, quem
Nigronus hac lege suffultus à multis, quamvis non à singulis,
excusari credit.

Vt solitudinem nobis imponat p nosros à principio cōfessi-
ones non auscultasse, Ribad, testimonio, firmat. Vt Caeteranum
festiniis diebus Venetias non profectum proberet, q confessiones
auscultasse affirmat.

Rationē à persecutionibus ductam respuit, r quia nisi Soci.
etas esse defisiit, persecutioes non defisiissent: imo duorū
ordinū facta coniunctio magis crevissent aucto numero do-
miciilorū: s At paucis interiectis: Paulus, inquit, volebat So-
cietas in ordinē suū transformare, & quod est gravius, sic efficeret
de duobus corporibus unum: vt societatem in alterum ordinē in-
troduceret, &c. t cuius consilio ea quz decuit reverētia, hac po-
tissimum ratione, Pater Lainez humiliter restitit, quia societas
sua formā induens destrueretur, & desineret esse illationes;

6. 11. 2

qua

8 p. 319

quæ fuerat, &c. ergo rationem à persecutionibus deductam
u §. 12. nolens admittit: quæ vtique destituerent quandoquidem Societ
nu. 39. tas de suisset.

x l i n e Mcndacem me arguit, & infidelem in arrestando, quia
u il. ff. de ipse negligens totū caput discurrero noluist: malus iudex & quæ
legibut. non tota lege perspecta dijudicat.

y Sy. n. 3 Miki obiectat y nullam afferrà à me solidam probationem
z §. 9. n. nisi coniecuram, & opinionem meam, z qui iugiter conie
27 §. 13. curis insitit, & opinionibus suis.

n 42. 43 A me & probationes requirit, b cum ad ipsum, munus pro
a *Sy. n. 3* bandi translatum fit.

b l. 1. C. Fallaces adhibet c coniecuras d qui demonstrative probare
de prob. tenetur.

c. §. 33. Falsò credit, e Carrafa mandante, Neapolim profectum Ca
42. 43. f ietanum, cui f à Capitulo generali illa profectio iniuncta fuit.

i. 5. n. 48 Caletanum g Fundatorem negat, quem Pontifices h. F. V. N.
S. 23. n. D A T O R E M appellant.

g. 6. 87. S. Ignatium i nemini vult subesse, "qui omnibus subesse volu
d l. neq. it. Nemis sollicitum, / hominum patrocinia perquirentem, ne
natural qui solius Dei protectioni fidebat.

C. de prob. Domos n habitationis inquirere, o qui è mendicata stip
xiuere, & noctu in publico S. Marci Porticu iacere consue
e §. 10. uerat.

nu. 33. Ut me vrgeat, p causam S. Patris, & accusationes nimis inu
f acta. c. lutas facit, q quas aliad, & leues, & nullius momenti facetur
gen. sic Iudex nullas videns solidas accusationes (quia nemo accusabas
g §. 10. nominatum) sed rumores inanes, sine probatione sparsos; negligebas
n. 29. 30 ferre sententiam minimè a se necessariam existimatam.

34. Ut numerum augeat r rationum, quo minus possibilis peti
b Bull. tio credatur Ignatij: simultatibus vim tribuit argumenti. Pois
B Mar. ta simultate aliqua cù Ia. Petro Carrafa, nec Ignatius petiturus v
Rom. debatur, nec ille admissurus. f Non multo post, ut idū decliner
i §. 17. Caletanum, non autem Carrafam, adiisse Ignatium, quia simili
nu. 61. tates inter eos hac habet. Unde habens simultates ortas, antequam
" Bull. cogitatio de amplectenda noua illa Religione, subiret animis Ignatij.
canon. Ignatio socios non semel, ex Orl. prædicat obsequetes: Pri
b §. 15. mō. Ignatium venerabantur omnes, Et agnoscabant, vi Petrum
nu. 48.

alterum

u iterum: *Annuerunt ergo sacerd. Ignatij; uictis ad unum omnes in vi. S. polliciti, se illum ultra quocunq; pergerit sicutare. Eosdem tamen si ad intradū nouā Religionē inducatis, & ab omni prorsus obseruantia illico recessus. Hęc de suo p̄mit. x Quia nullum ius n §. 15. ciuile, aut canonici habebat in illos, bandū sperare poterat se illos in suam sententiam tracturum. Nem o promittere potest pro factō alio eno, ut iura clamant non uno loco: liberi erint, & suæ spontis.*

Similiter; si nobiscū associat̄ se voluisse proferatur Ignatiū, p §. 15. y illicò Reuelationē de cōdēda Religionē obiicit Nigronus: z n. 49. At si Ierosolimā proficisciatur, ibi mālurus quoad uita suppeteret, nihil prorsus accepta officit reuelatio: Neq; etiam si dīcū post ibid perplexus, quid à se exigat Deus ignorare fateatur.

b Mihi uitio adscribit; quasi quod ex una Romani itineris apparitione, quā Ignatius aperuit Socijs, alias aperuisse probē, e cū f §. 10. ego ex hac, quia bona utiq; suæ Religioni erat patefacta, cāterras, quas proficuas etiā Societati inspiciebat reuelare cōsueuit. Se solūmodo dignosci proposuerin: Neq; ex illa hoc ego adquate innui: sed multas, d & quas ipse met enumerat reuelatas supponens, unicā illā in signū sagacitatis Ignatij, qui reuelare quādo oportebat, reticere quando expediebat consueuerat, in mediū adduxi. Attamen, in quo frustrā me reprehenderat ue- rius, statimq; incidēs ipse, e licet sciuerit, dixitq; quod una hi- rundo non facit Ver: ex una tamen de Custode Archangelo non aperta, meam propositionem fregisse gloriatur.

Fundamenta spiritualis vita in totum euertit, si indignū existimans ē Magistro fieri discipulū: cum tamen ipse in hac sua Opella g exemplum adducat S. Malachiz Episcopi, qui, teste S. Bernar. b in eiusdē vita, à Deo edocitus, factusq; magister ab alio magistro spūali edoceri volebat: ē magistro factusdiscipulus.

Traditio Congressus

S. I G N A T I I, E T B. C A I E T A N I
evidenti probatione astruitur.

In Syn.nu.2.3.4.5. & sequen. in Hisl. disp. §.7.nu.21.22. §.8.nu. Rib.l.1. 24.25. §.10.nu.29.30.35. §.14.nu.45. §.16. nu. 59. c.3.

A N I M A D V E R S I O I I.

*I*llud in primis maximopere obseruandum est, non fabellam, non nouum, nec à maioribus nostris ignoratum, quod de S. Ignatio retuli in uita B. Cajetani; quod scilicet Sanctus vir in

B nostrau

d §. 32. nostrā Religionē admitti postulauerit: quod adeo verū est, atq;
n. 111. ex antiquissima traditione apud nostros firmum, ut quinqua-

e §. 35. genario maior in religioso habitu arduissimo iure iurando affir-

m. 117. mare possum, hanc veritatem cum religionis me laete susisse.

f §. 7.n. Accedunt testimonia virorum è nostra Familia, quæ tunc té-

22. poris accepi literis commendata, quò vitam B. Patris Florétiz-

g §. 36. scribebam, modò vero in nostro S. Pauli archiuo Neapoli affer-

nu. 119. uantur, Thomé Bargoni Ianuenſis venerabilis senis eximis pau-

b Serm. pertatis, & abstinentia celebris, quem magni Principes magni,

in tran- faciebant, viriq; probitatem venerabantur: isq; ex relatione

situ S. quamplurium seniorum sibi facta cum Patauij moraretur: Berd

Malab. nardi Superantij Veneti, qui fermè octogenarius nō vno in Re-

ligione regimine obito, diē suū clausit. Benedicti Manetis itidē

Veneti, & octogenarij, qui, & Capitalis generalibus non semel

interfuit, & Religionis ministeria honorificè exercuit, & tandem

diuturna annorum & eruditio probatus, & mira patientia co-

ronatus decessit. Leonis Casalis Atimensis, qui Venetijs, atq;

Patauij ad seminam sene&utem semper deguit, vel Præpositus,

vel Vocalis ad generalia Capitula celebranda iugiter ele&us:

& post Io. Antonium Pratum Mediolanensem totius Religionis

Hist. Cl. pluribus annis Decanus. Io. Antonij modo memorati contem-

reg. c. 9. poranei B. P. Caietani, cuius egregiè, & copiose meminit Episc.

Annot. Accerrarum: Marti Palascandoli, quem Baronius virum singula-

ri eruditione, & vita integrata spectatissimum appellat.

Ro. 29. Et ne villo unquam tempore detur ambigendi locus, & veri-

Inlij. tas magis, ac magis cunctis patescat, extant præterea in eodem

S. Pauli archiuo aliquot sacerorum Antifiticum præclara testimo-

nia, Pontificio iure iurando firmata, qui è nostra religiosa Famili-

ia, plurimis in ea sanctimonia, doctrina, atq; prudentia exactis

annis, ad Episcopalem apicem sunt assumpti. Hæc autem, ut ti-

bi sint in prospectu, fidelijer hic appono, quibus addere visum

est maximè insigne, atq; illustre Antonij de Rustica Patauini, ve-

potè ab ijs sibi traditum, qui cū B. Caietano egerunt, qui om-

nes, vt omnibus veritas innotescat, zelo veritatis, & nostre Reli-

gionis amore conciti, vnanimiter testimonium reddunt tra-

ditionis, quæ à primis Patribus ad hanc usq; tempora incorrup-

ta, perlata est à generatione in generationem.

Am*o*

Amplissimi Praefulit.

D. D. I O: A N T O N I I A N G R I S A N I
Archiepiscopi Surrentini.

T E S T I B I C A T I O N

AD futuram rei memoriam, firmiter, & sic concorditer,
etiam medio iuramento, tam in iudicio, quam ex parte, quaeque opus sit; Nos D. I. A. Angelisanus Archiepiscopus Surrentinus testimonium perhibemus, plenariaq; & indubitate facimus fidem; 57. elapsum iam Annum, quo in Domo S. Pauli Neapoli Anno 1575. Patrum Clericorum Regularium venerabilis Religionis habitum sulcepimus, atq; in ipsa ad Annum usq; 1615. diuina largiente gracia, viximus, quo d' fsl. recordationis Pauli V. Surrentinæ Ecclesiæ prefecti fuimus. Dumq; in eadem Religione constitimus, regimur, concionum, atque exhortacionum studio diversa eiusdem Religionis in locis communiori oportet, nempè, Rome, Mediolani, Venetijs, Genaz, Bononiz, & visitacionum gratia vbicumq; nostratum sunt domicilia, regiones ultra vias vniuersitas, atq; eo iam memorato anno cum Generali Praepositi munere fungeretur facultate a nobis facta Pater D. Io: Baptista Calzaldus eiusdem Religionis Sacerdos & Theologus, ingenti omnium satisfactione, borem principale Patrum, qui nobis mandatibus eam percorrere, & approbare voleauerunt, Nostræ Fundatricis B. P. Caicerani vitam typis dedit, Et quod in eadem vita de S. Ignatio Societas fundatore narratur; voluisse scilicet, & postulatis ad nostram admitti Religionem dum Venetias peregrinus appulit, verita apud nos est traditio, quæ a primis Patribus B. P. Caicerani contemporaneis ad eos usq; peruenit, nec unquam vito tempore in dubium fuit, aut controvenerit, sed ab omnibus creditum, & ab q; vila testificatione narratum. Quod cum si: verum testificatione nostra roborare voleamus, quam propriam manu subscriptissimus, nostroque sigillo signatus. Neapoli 23. die Novembris 1632.

D. I. A. Archiepiscopus Surrentinus.

Locus Sigilli.

B 2 Am-

Amplissimi Präfusis
D. D. B A S I L I I C A C A C I I
Archiepiscopi Ephesini.

T E S T I F I C A T I O :

Nos D. Basilius Cacacius Archiepiscopus Ephesinus plena, & indubitate fidem facimus, tam in iudicio, quam extrahimus iuramento, quatenus opus esset; 39. vel propemodum 40. pertransisse iam annos, in quorum initio Clericorum Regulatum habitum suscepimus, & ex tunc a multis Patribus predicte Religionis audiuimus colloquium a divo Ignatio Societatis Iesu Institutore cum B. Caetano predicte Religionis Fundatore Venetijs habitum, atq; in eius rica descriptum, & etiam fidem facimus audiuuisse, atq; eodem modo conspercum habuisse, Diuum Ignatium predicte Religionis habitum petiisse, & preceptum P. D. Athanasium Capuanum nobis Religione seniorum sapientia de hoc loquacem audiuimus, atque P. D. Innocentium Valentimum, & P. D. Gregorium Gardonem, quorum veterq; ipsi sum P. D. Athanasium antiquitate praibant, qui ab antiquioribus audiuuisse nobis dicebant, & postrem P. D. Innocentium Religiosissimum, qui Religionis habitum Anno 1562. suscepit; 38. a Religione coquita, quo tempore B. Ioannes Marinoni socius B. Caetani in domus inscriptione in hac fidissima Civitate Neapolis Prepositi munere fungebatur, qui D. Instadensis cum nos Constitutiones, que anno 1604. typis expressis fuerunt ipso dictate scriberemus; interea de veterum nostrorum Patrum genitis differebat, principiè de predicto colloquio, quod Diuus Ignatius cum B. Caetano Venetijs habuit, de quo veluti de res auditæ a primis Patribus nostrorum Fundatorum socijs loquebatur, & quod ab ipso percepimus sepiissime cum alijs locuti sumus, neq; apud quenquam vaquam dubitatum, aut controversum audiuimus; Quare in huius veritatis fidem, presentem manu propria subscriptissimus, nostroq; solito sigillo muniimus. Neapolitana die Augusti 1631.

D. B. Cacacius Archiepiscopus Ephesinus;

Locus Sigilli.

Am-

D. D. T H O M A S A N C O R A
tunc Episcop. Motolensis nunc Tra-
nensis Archiepilcopi.

TESTIFICATION

Nos D. Thothas Ancora Episcopus Mototensis, plenaria, &c.
indubitate fidem facimus, fam in iudicio, quam extra,
etiam cum iuramento, quatenus opus esset, qualiter 35 ab hinc
annis Clericorum Regularium Religioni nomen dedi, atq; in ea
semper a pluribus predicta Religionis Patribus accepi colloqui-
um, quod habuit Venetijs S. Ignatius Societas Iesu Institutio-
cum B. Cajetano dicta Religionis Clericorum Regularium Fua-
datore, in cuius vita sospitus enarratur, de quo p̄cipue loquen-
tem studijs D. Gregorij Cardonem (dam P. D. Eliseo Mandic
nro Pr̄posito generali esset A secretis) virū sane ad nostram Re-
ligionem spectantium peritissimum, eum in ea vultu iuri tempore
Venetijs vota emiserit, pr̄ter officium quod exercebat: Hoc
etiam recordor habuisse a P. D. Laurentio Valente (Cardinalis
Valentis patruo), qui dum Romae in aede S. Sylvestri studerem.
Consulteris Officio fungebatur; Ideo, &c. In iudicium. Adhuc
nistratio perfecus. De hoc deinceps dubium, aut controvre-
ssum fuisse non audii, cum de eo semper omnes, fine vlla dubi-
tatione loquuti sunt; Et in veritatis filie p̄testem propriam
manu subscripti, ac proprio sigillo signauit. Neapoli. Nonis
Maij. 1632.

D. T. Ancora Episcopus Motoleensis. **Branciforti Mar a Valle Secretarius;** **Locus Dignus;**

卷之三

Angie

Amplissimi Presulis

D. D. P A U L I P A L U M B I
Episcopi Cassanensis.

T E S T I F I C A T I O N E

S I N C I D E N T

Ego D. Paulus Palumbus Clericus Regularis Cassanensis Episcopus Sacramentorum Regis; qualiter ab anno 1588, quo ad Sacrum Religionis Clericorum Regularium habitum sui ordinis, ad Annum usq; 1613, quo ad Episcopalem dignitatem assumptus fui, semper pro certo affirmari audiuimus quibuscumque Domibus sum mortatus, communis omnium seniorum Patrum traditione, P. Ignacium Loiolam, nunc in sanctorum catalogum relatum, eglise cum P. D. Caetano Thienzo de suo in hac nostra predicta Religione ingressu, sic dico, declaro, ac Sacramento concessor. Neapolis undecimo Kalendas Angusti. Domini Annab 1630.

D. P. Palumbus Cassanensis Episcopus affirmo ut supra.

Locus Sigilli.

Amplissimi Presulib.

D. D. I A N U A R I I F I L O M A R I N I
Episcopi Calvensis.

T E S T I F I C A T I O N E

Nos D. Iauuarius Filomarinus Calvensis Episcopus, plena, ac indubiatam faciendo fidem, tam in iudicio, quam extra, etiam cum iureiurando, quacunus opus esset, me ex quo in Clericorum Regularium Religionem ingressus sum, 25. quippe presens est annus, semper, & ex traditione accepi, & a pluribus audiui tractatum, qui inter S. Ignacium Societatis Iesu Instructorem fuit Venetijs, & B. Caetanum prefatae Religionis Clericorum Regularium Fundatorem, hoc est, S. Ignacium nostrum Religionis habitam a B. Caetano quefuisse, & de hoc sepe sapientius sum ego locutus, & alios etiam audiui loquentes, & nunquam aliquid dubium esse cognoui. Et in veritatis fidem hanc meam manu

79

manu subscripti solito impressam sigillo. Neapoli in nostra consuetu
ta habitationis domo, 29. Mensis Aprilis 1632.

D. L. Filomarus Caluensis Episcopus.

D. Lucas Marullo Secretarius,

Locus sigilli.

Amplissimi Praefulsi
D. D. THOMAE CARACCIOLI
Cyrenensis Episcopi.

TESTIFICATIO.

Nos Thomas Caracciolum Episcopum Cyrenes, cum in religione Clericorum regularium facta in ea professione degemus ab anno 1615. hic Neapoli, Romæ, Genuæ, Mediolani, Venetijs, Bononiæ, Florentiæ, Panormi, ac alijs in locis, notum mihi, & compertum est ex veterum nostrorum Patrum traditione cognitæ probitatis ad hanc usq. nostram tēpestate translata, vera, & indubitate apud omnes retenta: Diuum Ignatium Loyolam Erectorem Societatis Iesu, deuotionis Spiritu eiusdem religionis Clericorum Regularium ductum, adamasse, & expetijisse à B.P. Caietano Thienæ in eandem religionem ingredi, prout memoriam traditum est in eiusdem B. Caietani vita: Qua de re pluries ipsæ alios alloquutus fui, & alii pleriq. mihi enarrauerunt utpote rem communiter omnibus perspicuum, & absq. alia hæfstratione, & ambiguitate; & nūc fidem facio, & testimonium veritatis perhibere, si opus fuerit in iudicio, vel extra, etiam cum iuramento, non renuo. hancq. in fidem mea manu subscripti, mei sigilli impressione suffultam. Neapoli die 28. mensis Iunij 1633.

D. T. Caracciolum Episcopus Cirensis.

Locus sigilli.

Am-

162
Amplissimi Präfulis
D. D. CAIETANI COSSA
Archiepiscopi Hydruntini.

T E S T I F I C A T I O .

Nos D. Gaietanus Cossa, D: i, & Apostolicæ Sedis gratia, Hydruntinus Archiepiscopus, his nostra manu firmatis, atq. nostro sigillo munitis, plenè testificamur, tam in iudicio, quam extra, quatenus opus sit, etiam cum iuramento, veritatē Traditionis, voluisse quippe Sanctum Ignatium Loyolam, antequam suam instituisset Societatem, in nostra Clericorum regularium, humiliter (quod proprium Sanctorum est) coaptari. Quod admodum R.P.D. Io. Bap. Castaldus, nostræ Religionis Sacerdos, apprimè eruditus, & rerum nostrarum diligens, & veridicus investigator, satis luculenter in vita B.P. nostri Gaietani literis consignauit. Quod à maioribus nostris traditum fuit, & apud omnes sine via dubitatione creditum. Sicut nobis innotuit ab anno 1599. quo tempore religionis habitum suscepimus, & diuersis in locis, in quibus commorati sumus affatim à nostris Patribus affirmari audiuimus, qui à Senioribus, & isti à priscis, & contemporaneis B. P. Gaietani, traditum acceperūt. In quorum fidem has præsentes damus. Neapoli in nostræ habitationis palatio. Kalendis augusti. 1635.

D. Gaietanus Cossa Archiepiscopus hydruntinus.

D. Io. Antonius de Velasco Secetarius de mandato.

Locus Sigilli.

R. P. D. ANTONII DE VICODARZERE
de Rustica Patruini Cler. Reg. Sacerd. & S.T. D.

T E S T I F I C A T I O .

Quod à senioribus nostris accepi, ijsq. præsertim, qui vicini priscorū Patrū tēporibus B.P. Gaietanū, & viderūt, & allocuti sunt, nunc posteritati literis consignatum, trahere libet. Notum sit igitur omnibus, atque perspicuum, ad quos

quos præsens hæc mea scriptura peruererit, non semel à plurimis antiquoribus nostris Patribus enarratum mihi, qui in Religione, Deo fruente &c. Annorum expleui iam numerū; quod inter S. Ignatium Fundatorem Societatis Iesu, & B. Caetanum nostrz Religionis Fundatorem actum Venetiis in eiusdē Beati vita legitur. Ij potissimum fuere, P.D. Leo Casalis Ariminensis, qui Præpos. Domus Sanctorum Apostolorum Simonis, & Iudæ Patauii me in Religionem admisit. P.D. Bernardus Superantius venetus, qui mei a huc secularis excipiebat cōfessiones. P.D. Lucas de Mannis à Veltore Brixiensis Diæcesis Sacerdos perfectioris vitæ sancè specimen, & exemplar; ab hoc antequā Religiosum habitum accepissem S. Ignatii postulatio innotuit. Sed in primis à R.P.D.Io. Antonio Prato Mediolanensi, olim Venetiis B Patris nouitio; hic, 1594 anno. meo genitore vita functa, è Placentia, ibi Philosophia operā nauabā, Patre D. Alexandro Gargano Comite, Patauium venienti, & 1597. 98. & 99. in eadem Domo SS. Simonis, & Iudæ Patauij simul commorāti: pluries enarrabat, eḡ sse olim Venetijs S. Ignatium cū B. Caetano apud S. Nicolaum de Tolentino, eumq. rogasse, vt in sua recipere Religionem: verum hoc primum, ab eo accepit respondsum, non hoc properè, sed prævia oratione agendum esse, quod per aliquot dies faciendum monuit, seq. etiam facturum pollicitus est, quibus elapsis (qui si memoria fallit fuerunt octo) iterum instantे S. Ignatio protinus respondit Caetanus, à Spiritu Sancto uocari ad nouam aliam Religionē condendā.

Hoc pluries ab eodem P. D. Io. Antonio enunciatum audiui; nam cum de Sanctimonia Caetani ageretur, sibi in ipsius cella de ijs, quæ primis temporibus acciderunt sermocinabatur, & præcipue de gestis Caetani Fundatoris, cuius, quia, & nouitius, & cum eo vita diu communis fuit, eoru, quæ gesserat præ ceteris conscientius erat. Quare in gratiam veritatis, veriq; fidem, præsentem attestationē manu mea scripsi, & subscripti, tam in iudicio, & extra, cuilibet præsentandam, quatenus opus sit, atq; iureiurando confirmo, sic me Deus adiuuet, et sancta Dei Euā-gelia; Romæ . quinto idus Martij 1632.

D. A. de Vigodarzere de Rustica Patauinus C. R. Theologus, & Concionator.

C

hinc

Hinc Nigroni commentitia evanescunt. Hinc tota cui innititur argumentatio ruat. Quod sicut fieri potuit, ut iret, ita, ut non iret, quia iuit; Quod de Veneta excusione non constat, nam constat. Quod sola coniectura ducitur, nam necessaria consequentia deducitur, Quae omnia ipsa traditio probat; Nihil igitur profectionem destruit, quam traditio astruit, & firmum firmis superimpositum plurima virtute subsistit. Dicam proinde
De ver. quod S. Augustinus, Videte acumen, sed viereum, quasi lucee
Apo. ser. vanitate, sed frangitur veritate.
15. circa

medium PROBANDI ALEAM SUBIRE NEGANTES
debent concludentibus rationibus non autem
leibus coniecturis.

In Syn. num. 6.78. in Hist. disp. §. 9. nu. 27. §. 11. nu. 37.
§. 12. num. 39. §. 13 nu. 43.

ANIMADVERSIO III.

Quia ad meam eneruandam narrationem adducit Nigrinus, se non verū, sed veri fucū ritnari declarant omnimo do. Qui enim veritatem in aliquo negotio inuestigare cōtendit, ijs enixē insīstit, quæ ad veritatē indagāndam condūcunt potissimum. A iuris ciuilis omnium peritissimis, qui legum, & consuetudinis ad respondendum, & ad cauendum probe instructi sunt didicimus, haud inānibus coniecturis, sed concludentibus rationibus aduersarium inhibendum: Certè cum antiqua Patrum traditione iam probauerim, duos istos Beatos Venetijs collocutos, quæ non leuis probatio est, qua vel orthodoxa fidei dogmata intemerata firmantur, onus probandi ad prob. 1. negantem transfertur, quoniam exceptionem negans probare penul. § tenetur, a lsq. non coniecturis, sed concludenter in tota latitudine temporis probare debet. Ex eo namque quod illo anno ne quis Sanctus Ignatius erat Venetijs, & B. Caietanus Neapoli, non sum quis sequitur concludenter probatum, ergo nunquam vlo anno si in iusvo mul fuerunt hi Beati; non enim probatur hoc esse, quod ab eatus est. hoc contingit abesse, b & multo minus per ea, quæ amplificantur

omni intencionis impedimenta, Ciheralium, P. Schatis Dominicis Re- vi exim.
 ferre cito sis, & Pentecostes, & quæ his similia longa oratione L. i illa ff.
 in synopsi, & plures in historica d'concertatione repetuntur de Verbo.
 Haec quidem: timidus (ut sapientissimi Salomonis, imo Sandij oblig. l. 2.
 Spiritus verbi rete), & incerta rationes reputantur, nec mi- C. de iur.
 rum, quia prudentum, sapientumq; animum impleant. Proba- epbi Ri.
 tiones vero sunt, & conuincentes, quæ probante negatioam co- p. in c. xii
 aratam loco, & tempore; ut bene Bar. f Bald. g Alex, b & c. u. 9 cit.
 Ceteri D. D. dictat. I. Iulio Claro i. vbi Bajar. Hi omnes inquentur nu. 75. de
 ex eq, quod negativa naturaliter non potest probari, cum non cadat sub ea posse et
 sensu corporeo, k. & propterea in illa probanda oportet, ut remouea- prop.
 tur abusus sensu, non autem sensus ab actu, hoc est, ut proberetur suf. bl. neque
 sufficienter per testes, vel B. Calettanum Neapoli minime discellisse naturalis
 omni tempore quo S. Ignatius Venetijs morabatur, ipsosq; negat. C. de pb.
 quam potuisse lacere, si profecto migrasset interdum; vel quod en. 8. vsq;
 S. Ignatius Venetijs non petierit ingredi in Religionem B. Ca- 18. i. clu.
 ietani, & quod, si petiisset, ipsi testes sensu corporeo percepisti- sine.
 sent; Aliud his non datum est agendum, et quæ plurima producuntur a §. 7. q.
 cur plenis folijs, vacua sed sine catere notunt omnes.

13. 14.

g. 1. n. 9.

Quæ agitur multa coagentiauit Nigrinus, tum in synopsi, e Sap. 9.
 sum iterato sermoni in historica disputatione, hoc unico funda- ff. fol. 1. §.
 mendo exploduntur; Non esse demonstratus, quæ decent ne hoc inter
 gentes verum, nictum credo honesteatur, si sic dicere; quan- ff. de iure
 doquidem, neq; probabiliter persuadent. Quid venetz profecte actu
 & loco obitae B. Calettani prudenter gubernandi, zelus ipsius ani- priuato &
 marum, & diuinis cultus obseruantia, aduersa, periculosaq; nau- ze nu. 13.
 gandi tempestas media hyeme?

Bpnc nouerat vit Sanctus, & prudens quando adesse, & abesse c. de bono
 poterat, & qui estate grandissimus Roma rediens Atella in itine- riu nof.
 te non quieuit, sed ipsa Dominicæ Ascensionis nocte Neapolim, sm tabul.
 excurrevit, & matutinissimis precibus in Odoro cum socijs interesset, h. l. 1.
 Divisa laudibus incumbendi nobis reliquit exemplum; non i. prac.
 tamet, ac pro maiori Dñi gloria quandoque abesse non debet. 11. § fin.
 mus, quod eam etiam eff. cisse non ignoramus, imo qui tanto q. 52. n. 4.
 studio, arq; omnianimi voluptate Sacris mysterijs frequens erat, kl. act. v.
 & semper; si abesse continget gravem quidem causam, qamq; bi DD.C.
 vchementem il. qm cogitare ordinismodè credendum est; quare de prob.

C 2 Sac. sv. a. 6.

Sacchino assentire non possum, qui nullam, vel levem ad sem:
Syn.n.7. mūm extitisse putat. Quis conjecturas nūc adhibet, & opin:
tiones suas? Non metuebat Caietanus pericula tempestatis
matis, qui tūmentes fluctus quondam mirabiliter confedavit, nec
timuit pericula eximij caloris, qui Venetijs, Neapolim solo Po-
tificis nutu astiū tempore petravit.

Quid quoīo interest Ochini concionibus p̄fōnōe diem? corse
Syn.n.8. quando ex mente Nigroni Ochinus c̄sp̄it, Caietanus, Neapolit
§.9.n.27 adesse poterit, Venetijs iam reverius, quippe quem diximus sub
§.8.n.27 finem ann' 35. vel principio 36. potuisse Venetijs cum Ignatio
& §.13. colloqui; verum quia tempus collocutionis præcisè ignoratur,
zu.41. si non fuit tuhc Caietanus mente Decembri ē Romānis cōmitijs
sediens (quod Nigronus probat) Dominici Aduentus, &
Nativitatis aptiori tempore nam hereticus ambito integrum,
& amplius concionatus fuit) obseruare, & deprehendere cum
affatim potuerit; sed esto, quo ip̄a somni die pentecostes exor-
sus fuerit Ochinius (quod tamē minimè concedendum, nec cere-
dendum esse arbitror, sed statim post oīas prefuntationis,
nam quanto maioris fama erat ille, tantaq; audiens audiebatur,
& Diaboli minister nulla interposta mora, opus suum aggres-
sus est; siquidem fūi hujus acutissimis prudenciores fūi, is lucis in ge-
neratione sus luit, & dormientibus ariegit. Iudas recordor
memebat, sed festinabat tradere Iudeis Christum Domum) quis
est qui nesciat, tribus, vel quātor concionibus absolutus heret-
ticum & Caietano deprehendi potuisse? quare ad perfectandam
falsā Ochini dogmata, non tam longa mōra egemus, quamcam
desiderasse Nigronus, ut Caietani recordet itinera, quāmuis
Pentecostes 50 anno incidet in 4. diem Iunij, qua abicitur
Ochinius dedisti principium, nam tribus concionib⁹ absoluvis
facto illo triduo & undecima die Iuīi, Sanctissima Trinitati Sa-
cra, quarta potuit esse coaglio; die 18. qua fuit Dominicā in-
tra octauam Sanctissimi Sacramenti fuit quinta nisi fuerit sexta,
nam quinta feria festo die Sanctissimi Sacramenti etiam decanso
mysterio prædicari soleat post vespertas, quod maximè creden-
dum est de Ochino, qui magni nominis concionator etat. His
diebus non semel Neapoli profectus sum, atq; terrester, iter pe-
regi Visitator Gallia Cisalpina, Roma sublīti die festo Naturi-
tatis

27

caecis & Domini Baptiste, post factum Apologetorum Petri, & Pauli regimini die Iunij Roma dicitissi, 4. die Julij, per hunc Flavianum, & die 28. Mediolanum, 16. die Augusti pectus Taurinus; ergo codicium est veritatis talia sub corfugia requirendas. Adhuc sed. culum sine ea, quod assertur, Caetanus quidam S. 1. 1. 11. sententiae habere non potest, & quia addidit erat regimini 37. Neapolitani Cenobij, & præterea quia huius discessus scriptores nostri non meminerunt quasi nos intemperio fuerimus in hac parte, vobis ponitur: Caetanus acutus de sua Seraphica Religione conquisitus est Seraphicus Doctor S. Bonaventura, & Caetanus senex, & Præpositus Neapoli nunquam absque.

S. 13. 11. 42.

Vt luce meridiiana cliviora elucescent, que circa Caetani itinera oboluuntur, narrabo fideliter quod accidit mihi Præposito Domus nostre Ariminii in quo si quid emingerem, vel mentirer, Patres nostri Venetiarum, Roma, & Neapolis, imo totius negotiorum Religiosorum sollicitatione coarguerent. Scias ergitur Anno 1626. me Præpositum Ariminii Domum illam praesentem gubernasse, & nihilominus levius calotibus Venetijs affui, mensaque Februarij 1627. Romam peti, mente Martij Neapolim pro secessum, biq; hebdomada Sancta perfici; post solemnitas Paschalis, Roma Generali Capitulo interfui; eo abseruo Neapolim iteram profectus sum, & spacio aliquot dies idem in Venetiam, sic polcentibus grandissimis tunc Religiosorum negotiis, excursis aliquot annis, si quis ex his Monumentis addidit me Præpositum Ariminii, ignoras eorum profectionum (non enim omnia nota motantur) velle improbar, quod ex auditu infereretur invenisse Venetijs, Roma, Neapolis, nonne manus tangit, & oculis inuidit eis, fallacem in modo mendacem ratione argumentationem ad Neapolim, vero ex dictis ceteris argumentibus, mensa Apollinis donum suum, et cum eam exercit, patribus ad generale capitulum, ergo postmodum retulit quod in calo Februario Romam petierim: ad quid anez, id expostare tamquam suppeditus Ariminii, ergo Hebdomada Sancta non possum esse Neapolitana protulisse. Inclitius clementer coniunctus, & tenet, quae quodlibet, vel de cuiuslibet distributione, & pereundi Religiosorum siquidem utas ingubet, & constitutus ibi utiger, & confundit caposce, ubi solo Religionis opportunity-

sanitas, frumentosq; eos cogit; maximeq; si Religio nos monachis
et ad regnus ab solutum imperium, sed aristocratis per q;
potestores gubernetur, cuiusmodi est nostra cuius Propositus ge-
neralis Dueis reipublice membris fungitur, & quando parva, Ge-
neralibus non eguit, tanto magis apud optimates, & primo tem-
pore apud Fundatores principes locis erat postus regimine.

TEMPORVM MOME NTA NON SVB TILI T ER

gitatis Ignatij, qui ad maiorem Dei gloriam omnia dirigebat.

Ex modo dictis colligitur respondum ad 3. quo me urge-
re nititur Argumentum, dicens. Nec arbitor alios Ordines, qui
cum Sancto Francisco apparuerunt, & mendicantes dicuntur permis-
suros, vt illis hec duplex laus denegetur. Monachorum scilicet, &
Clericorum coniunctio; siquidem haud propterea quidquam
de eorum glorijs diminuere presumimus, aut certè duplicitem
illam denegare laudem, nempe Monachorum pariter, & Cleri-
corum munierum unionem, qui omnibus hymniter cedimus!

L

omnes

omnes ex animo venerantur, strenue Diaboli opera dissolentes, si forte hinc aliquid inter nos dissidij somitem subministrare intendat.

4. Paupertatem mihi eorum obiicit Religiosorum venerabilium Ordinis minorum, quam Bart. & alij DD. in fastigio esse paupertatis denunciant. Sed ne suspiciosus habear, non ego, sed Dottissimus Frater Franciscus Pannicarola Episcopus Elenensis & concionator egregius ex minoribus de obseruantia assumptus, ipse respondeat, qui nostram admiratus pauperiem Seraphici Patris Sancti Francisci Clericos appellatbat, Nos dicebat, sumus fratres, vos Clerici Sancti Francisci. hinc facile mihi persuadeo, si Bart., & alij DD. Ordinem nostrum praevidissent, ab illa præstanti laude minimè exclusisse; Fratres, & Clericos Sancti Francisci pariter commendantes.

5. & vltimo. Ignatio res noua nos erat, qui delineauerat Ordinem, qui Clericatum cum statu regulari coniungret, & claustrali, plura Clericatus officia, & munia complexus, quam Ordo Theatinorum. Plura, quæ non facimus à vobis fieri non ambigo, qui, & publica scholasticorum gymnasii, & puerorum scholas proficemini, à quibus nos certe Clerici Regulares abstinemus, Apostolorum exemplo, quos primos Clericos Regulares his vacante non legimus; nihilominus de hoc quidem gaudeo, sed & gaudebo, Deo gratias agens, qui tot strenuos operarios Ecclesie suæ providerere dignatus est, quod Beatus Pater noster Cajetanus prescivit, & prædictit. Sancto vestro Parenti. Ceterum quoad illam partem scilicet plura Clericatus officia à Societate quam à nostris fuisse complexa, huic quidem non pro nostris. tantum; verum etiam pro vniuersis Religiosis ceteris lacessitus respondere debeo, quemodo se omnibus præferat, qui Clericorum munia minus omnibus tractat: quamobrem ea, quæ sint libertatissime licite vellem: interea verò ea ego narrabo, quæ allegavit, quæ nihilominus à nobis omnibus excentur; Non quidem vt Societatis institutum redarguam, aut improbem, qui vos omnes enixe veneror, & quæ à S. Ignatio instituta sunt dignissima censio. Clericus, vt à nomine iacipiam, sic nos docet: ad nepotem Hieronymum. Clericus qui Christi seruit: Ecclesia, interpretetur pri-

num;

83

num Vocabilium suum, &c. Clericos grecos, latini, Iors appellatur; proprie-
tate Clerici dicuntur, quia de sorte Domini sunt. Vos ad secularia ne-
gotia distracti, laudabili vestro iustituto id à vobis possente, su-
pergredimini viueros.

Sequitur Hieronymus: Si quid aliud habuerit prius. Dominum pars eius non erit Dominus (Verbi gratia) si aurum, si argentum, si possessiones, &c. hæc autem copiosæ, qui possidebat, parum Clericorum munia ex ipso nomine sibi adaptare posse decla-
rant.

Vestra veneranda Societas vere, & propriè est mendicans, quod quidem eximè perfectionis esse à catholico viro non ambigitur; mendicare autem sic est à Clericatu secundum, & distinctum; ut omnes DD. & inter eos Lessius eisdem Socie- De iust. et
tatis, ex canone ideo probent Clericum ad debita soluenda, lute lib-
cogi non posse; nullo ad vicum necessario retento, ne in op- 2. cap. 6.
probrium status Ecclesiastici cogatur. Clericus mendicare: ea dub. 3. n.
propter Thienzus, & Carrara nostrorum columna, nobis, qui 50. O-
vere, & propriissimè, atq; omnibus numeris absoluimus Clerici su- doa. 3. de-
mus, illud iniungere nolyerunt, aliora petentes. solut. &

Clerici, quia de sorte Domini sui, & pais eorum Dominus, ibi Ab-
Odzum frequentant, quod vos ablegatis, vestro laudabili insti- bas Imo-
tuto incompossibile.

Divinum Ecclesiarum cultum, & Ecclesiasticæ cœmoniz car. &
non sic à vobis excoluntur, ac Clerici omnes, omnes Regulares, alij.
Cathredales, Patriarchales Ecclesia, & ipsa in primis Summi
Pontificis Sacrolanda Cappella tractat; quippe qui in solemnio-
ribus Missis Dalmaticis non vestimenti, Diacono, aut Subdiacono
in sacro illo ministerio non adhibitis, in Vespertinis sole-
nioribus precibus Altare non thurificatis; Cottas non adhibe-
tis in processionibus quinque, & sextæ feriæ maioris Hebdomadæ,
in quibus Pallio, vel toga induiti inceditis, neq; cum ex-
ponitur, aut reponitur Sanctissimum Eucharistie Sacramentum
in Oratione quadriginta horarum, neq; etiam in solemnissima;
quam Romæ celebrati vidi in Domo professa die octava San-
& S. ni Sacramenti, neque tandem in exequijs Defunditorum
Fratum vestrorum. Benedictionem solemnam-candelarum in-
festo Purificationis Sanctæ Mariæ, & Palmarum in eadem Do-

minica, processioneſq; in illis diebus in Eccleſijs veftrijs non facit; vt quid ergo viſurpat ſibi Nigronus, quod tot capitibus im- probatur?

N V M , Q V A S S A N C T V S I G N A T I V S
ſibi in animo deſcriperat nouitatem, auertere cum-
poterant, quin Noſtrarum Legum nouita-
tes appeteret.

In Hift. diſp. S. 18. num. 66.

A N I M A D V E R S I O X V .

DE veftra gloria nobis gaudendum non ambigo, & hoc o- ro, vt magis, ac magis crefcatis, & abundetis in omni- bus bonis ad gloriam, & laudem Dei, ſicut eſt mihi iuſtum ſentire de vobis, eo quod habeam vos in viſceribus meis: neq; huic pio, ac religioſo affectui contrarie quis credat; immo nec in minimo tulſipetur, fi ijs, que in praecedenti animad- uerſione egimus adiudicare nunc me cogit Nigronus; quippe, qui denuo adhuc iuſtitit, ut noſtrarum legum deprimat noui- tam.

Dicit itaq; Non erat, vt nouitate Legum moneretur Ignatius, qui ſibi in animo tot nouitatem deſcriperat, &c: & paulo poli. quas equi- dem in Aſceticis ſubinde probo ab antiquitate manaffe; nec non alio- rum ordinum ad nos imitatione deſcendere. Pauca hæc nutrē propon- ſita verba magnam obuoluunt contradictionem; nam quas ſuę Societati deſcriperat nouitatem Ignatius; ſi nouitatem, quomo- do ab antiquo ex aliorum Ordinum imitatione manarunt? Pro- fecto ſi ab aliorum ordinum imitatione, & multo magis ab an- tiquitate, ergo non nouitatem: Neq; Sacros illos Ordines permif- furos opinor, ſi quis dixerit innovatum in Societate, quod in iphis deſicerat. Verumtamen, quas nouitatem poterat ſibi in- animo tunc perſcribere Ignatius, qui de ea Religione, que po- ſtea condita fuit, cuiusvè nouitatem nunc enumerat Nigronus nullum per id temporis prius erat præpoſitum, nullum con- filium? Quare afferere Ignatium futurę Societatis nouitatem animo

animo concepisse; nullum habet fundaturum; prater affi-
mantis voluntatem: non enim Virum Sanctum credere debe-
mus in ijs ne minimo quidem intervallo animum applicuisse,
qua omnia ab eo, quod tunc medicabatur, erant aliena.

Ribadinera insignis, & primarius vita Ignatij scriptor, de cogitatis agens eo tempore ab ipso. hæc literis consignauit.
Festo die Assumptionis in Cœlum Deipara Virginis. 1534. in Ecclesia eiusdem Regiae Angelorum Mons Martyrum nuncupata ad tria millia-^{lib. 2.c. 4.}
ria e Paris longe posita, Ignatius eiusq; Socij peccata sua confessi, &
Sanctissimo Corporis Christi Sacramento resecti voverunt, &c. Proxi-
mos spiritualiter adiuuare; Ierosolymana peregrinantes petere, ibiq; con-
sistere, ac Vitam ducere semper, qua si perficere minime possent, Roma
ad Sanctissimi Christi Vicarii pedes prouoluti, pro bono, & salute ani-
marum ad Voluntatem, natumq; Sanctitatis sua se offerrent. Hoc ip-
sum sequenti anno 1535. inter se statuerunt priusquam ab in-^{cap. 5.}
uicem distraherentur, eiusdemq; mentis exitisse describuntur
anno 1537. Hæc autem eo cogitante, quis prudens sibi per-^{cap. 7.}
adere poterit, eas tunc nouitates meditatu esse Ignatum, quas,
si constitisset Hierosolymis Turcarum Princeps perficere non
permisisset, quarum, & si non omnes; earum tamen aliquot
statui, quem elegerat repugnabant, cuiusmodi fuisse tyrocinium
bieane, & protractio professionis. Sin autem ad Pontificem
accessuri, cum opus quod Pontificis iussu assumpturi erant ab
ipsius pendebat imperio, frustra in animo suo præscripsisset Ignatius, cuius euentum ab alterius pendebat volantate.

At, esto illas nouitates ex tunc in animo sibi præscripsisset
Ignatius, hinc certè non conuincitur, quin nostris nouis legibus
vinci non potuerit, qui tot noua adiuuenerat; præcipue cum
una solummodo nostrarum legum nouitas, summa nempe pa-
uperies, qua mendicatum explodit, & mundi opes, Dei opes
contenta contemnit viriliter, admiratione caritati noua prece-
llat; utpote, qua sola una dici posse videatur: sicut in Apoca-
lypsi Ioannis scriptum reperimus illis verbis. Vidi Ciuitatem
Sanctam Ierusalem nouam, descendenter de Cœlo à Deo. Vbi uotan-
dum, quod tunc Sancta Ciuitas noua prædicatur, præstantiq;
hac laude decoratur, quando de Cœlo in terram descendit, non
tamen in terra consistens, sed Deo luctu innixa, quale nostrum
est

Apoc.

21.

est Institutum. Quod Sanctus Propheta Isaías futurum cecinie-

- I. 4. 62. postquam Deus in hæc terreni corporis membra descendenter. Vi-
debunt, inquit, gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclitum tuum, &
Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit: quod qui-**

**In I. 52. dem Sanctus Cyrilus ad cę estem illam Ierusalem refert, de qua
6. 2. cecinuit David. Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei; quæ profecto.**

**T. 86. eadem est cum ea, quam de Cœlo descendente a Deo vidit Ioan-
nes. Tunc siquidem altissimum paupertatis culmen a Deo ali-
moniam expectantium, quod nullius adhuc fuerat cemeratum
vestigio, solo attritum est plurimorum, ipso Domino in carne
posito sui exemplo semitam referante, quibus antea erat igno-
ta. res planè adeo nobilis, & excellens, ut propterea, qui ea
dignatus fuerit, noua prærogativa dignus est habitus cumula-
ti, ut scilicet sit corona gloria, & Diadema decoris in manu
Dei, sicut propius Idem Divinus Vates futurum ibidem pro-**

**De Trin. misit. Verum si Sancti Cyrilli propheticæ huius dicti aliam in-
terpretationem sequamur; scilicet, ut conuerso sermone ad**

**lib. 1. Saluatorem dicatur. Vocabitur tibi nomen nouum; hoc ideo fa-
& cum esse intelligas quia tunc Voigenitus Dei Filius egenus pro-
nobis factus, & reclinatus in Praesepio, sic sugebat uberes
de Cœlo pleno, esca nostra simillima, qui non è terra, sed ab
eo, qui fecit celum, & terram, qui dat escam omni carni,
escam cum silentio præstodamur in omni patientia, confiden-
tia multa, omnem sollicitudinem nostram proiçentes in eum,**

**Apostolicis edicti præceptis. Præstantissima ergo, & pre-
clara nouitas, quæ ex ore altissimi prodiuit, primo.**

genita ante omnem nouitatem. Quid ergo mi-

rum, si suis postpositis hanc adamauerit

tantopere Ignatius, & qui Domi-

num imitandi propensiorem

habebat voluntatem, hinc

ex animo elegere?

87

D E I N D U M E N T I S ; Q V I B V S
vtimur albi coloris, deq; vestibus quas è Domo egr-
dientes adhibemus.

In Hist. disp. S. 18; num. 66.

A N I M A D V E R S I O XVI

Minimum, non nimium, quod curare debet Vir Deo Sacer,
ex Bernardi sententia, ceterorumq; omnium, est indu-
mentum, a quo calor, non color est experendus. Porro, quod §. 18. nro.
vos nigra tibialia, nos vero alba gestamus, nihil vobis addit, 66.
nihil detrahit nobis, quamvis Nigronus multum hinc sibi tri-
buat, quippe qui Clericorum proprium illud esse decernit; cum
tamen certo sciamus non omnes Clericos eiusdem coloris tibi-
alibus vti. Nos vero, qui Clerici Regulares sumus, in his ta-
men que non pertinent ad constitendum verum Clericum, que
vè sine detrimento status Clericalis fieri possunt, quippe qui se,
& professione Clerici sumus, quantum à secularibus magis di-
stinguimur, tanto melius facimus; maioriq; laude digni erimus.
Sacros Sanctorum Ordinum institutores imitati fuerimus, &
prz ceteris, atq; i primis Sanctum Augustinum, & Sanctum
Benedictum, alterum Clericorum, Monachorum alterum præ-
cipuos restitutores, à quibus profectò expreferunt Patres no-
stri candidis interius indumentis. vii: Quod quidem (præter
munditiam, & paupertatem à Sancis maximopere commenda-
tas, vnde est illud Bernardi celebre dictum. Paupertas mihi sem-
per placuit, fôrdes nûnquam) mysterio vacare minime credendum
est: etenim, qui Domino seruunt mentis candore prefulger-
debent. hinc in Apocalipsi Ioannis, Beata illa supernorum Ci- Apoc. 7.
tium turba stabant ante thronum Dei, & in conspectu agni
amicis stolis albis; Et in Christi Domini resurgentis sepulchro Matt. 28:
Angelus in albis apparebat. Erat autem aspectus eius sicut Sol, Ve- Hom. 21.
simentum autem eius sicut nix. Vbi bene Gregorius. In niue au- in Enag.
tem blandimentum candoris est. De Nazarenis scriptum lego. Can- i off. mar.
didi facti sunt Nazarei eius, splendorem Deo dederunt; & sicut lac coa- tèp. pasc.
gulati sunt. Iacobus quoq; Frater Domini linea vestibus vte- Breu. Rô.
batur. 1. Maij.

bitur. Quæ omnia immensam animi puritatem figuraunt, dignantur profrus, quæ à nobis enixæ colantur, quæ vberius capropter in

Hym. ad nobis Domiuſ illabatur, sicut canit Ecclesia. Quo corde puro noct. Sa- fordinib[us] te perf[er]namur largius: quod nostros assecutos fuisse illu- bathi.

stri Encomio celebrauit Sanctus Carolus Cardinalis Borromæus, cui dum Clericos suos nigris tibialibus uti mandasset; noſtrates alba gestare obiecerat quæ fuisse. Imitemini, respondit protius, Sandatatem Theatinorum, & tunc alba tibalia vi- tro concedatis: Sic mihi reculit Sanctus noster Senex Beatus An- dreas Auellinus, cuius insignem virtutem miracula crebra te- stantur. Utimur autem exterius ueste nigra, quæ utiq[ue] morto-

col. 3. Mortificate membra uestra, qua sunt super terram. quia, inquit, In 1. Reg. Gregorius, niſi ſaculo moriamur, Deo per amorem vivere non valimus.

Et alibi Mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. quia ex Ambroſio, ipsam Christi mortem, & passionem nos eius ministri in corpore nostro, quasi representatione quadam gestamus, & circumferimus, ut serui ge-

cant. 1. ſtant inſigne, & stigma Domini ſui. Ut cum cœleſti ſponſo dicere posſimus. Nigra ſum ſed formosa filia Ierusalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelleſ Salomonis. Ideſt deſpecta deforſis, intus verò ple- na gratiatum, illud ſignificatum à ueste nigra, hoc verò ab in- diumentis albis. Cum autem foras egredimur Pallio & quæ ac ve- ſte ſuperiori nigri coloris utimur ex panno tenui, quod vulgo Saia nuncupatur, ſub gutture clauſa; non autem toga foreni;

Ad u- ut afficerit, ſed quæ Religiosos, ac Regulares Clericos decet, pot. quam Hieronymus par tunice operimentum appella: at ex Phi- lione tradente Therauptenis ista in uſu fuerunt Tunicula, & qui- dem diſciplina. eiusmodi quoq[ue] Lacernam ſuperiorem, ſive exti- miam Auguſtinus vocat fluenteam, ac remiſſam, & cingulo non obſtricām Tunicam, quæ omnia obſeruavit diligenter noſter

In not. ad P. D. Antonius Caracciolum. quinimo huiuscmodi propemo- conf. p. dum Tunicis uſum fuſſe Dominum noſtrum, in quib[us]dam 2. hic Imaginibus certiſt[ur], tum antiquis, tum etiam recentioribus, quas me vidisse recordor. Neq[ue] arctioris vitæ vinculis mancipatiſ, qua in egrediendo utimur, uestis minus conuenit illis.

Tom. 2. pallio, cuius membra in suis analibus Eminentissimus Car- ann. 15. dina-

dinglis Baronius, quodue nos sepiissime, ne dicam semper portamus, non enim illam vestem induimus, quam exuerat tunc Tertullianus, qui propter ea iure dicere poterat, quod scriptum de pallio reliquit. Ego quidem nihil foro, nihil campo, nihil curie debeo, nihil officio attingo, nulla nostra praesumptio. Nulla pretoria absentia. Cancellos novi adoro, subcellia non contundo, iura non concurbo, causas non clathro, non iudico, non milito, non regno, secessi de populo, iam unicum negotium mihi est, nec aliud nunc citio, quam ne curimur. Neque credo Baronium, qui antiquis vita signum tradidit pallio, negaturum adipiscere profecto. Tuniculis nostris, & si non ab antiquo, taliter ex quo leueri moribus, & Regulares viri illas adhibere experunt, quod mihi facile persuadeo, ex eiusdem Tertulliani dicto, quod Baronius bene libravit: alioquens enim Tertullianus pallium suum, hac habet, *Sic dñe Pallium, et exulta, melior te iam Philosophia dignata est, ex quo Christianam vestem in fine, cepisti, his significans, notar Baronius, Pallium illustratum esse, quod a Christiano viro sanderum suscepimus suis. Non ergo est improbabile, quin credam Tunicam illustratam, ac leuerioris vita signum esse, ex quo Clericus Regularis illam induerit.* Nec mireris si Tunicula quam extra domum gestamus ex materia levissima composta sit, tanquam magia congrua paupertati, ut pote minoris pretij, & ad ambulandum expeditior: quare Cyprianus exponens illud Euangelij. *Sicut lambi vestris praeinelli, signis* Lxx. 122 *ficat, inquit, agilitatem, & promptitudinem.* Et Theod. idem semper proclivis ad exercenda opera Domini nostri. Cum autem nostrarij Domino egrediuntur ad opera Dei exercenda egredi credendum est. Quod, & prisorum Sanctorum exemplo firmare liber. Enimvero Sanctus Benedictus, qui Monachorum disciplinam in exercitu penè coliziam retinuit, extimas vestes, quas Cycullas appellant, ex eadem materia levissima, quam nos adhibemus. Monachos hros adhibere voluit. Neque hinc, etiam si vs prefertur ordinando illis veteremur, maius incommodum, aut certe vita diutior, ab his astrui potest, qui ex panno graviori astutis etiam mensibus illis vntuncur; nam hinc eandem vitam durierem, maxisque incommodum patimur nos hyemalibus mensibus, qui frigoris incomoda sustinemos; et hanc vero illud, quamvis leue instrumentum, aliquid addit-

incommodi : quae omnis, & his multo mildiora libenter sufficiuntur debemus, illius amore , qui pro nobis sustinuit Crucem ..

Q V I D V E R I T A T I S D V O C A S T A L D I dicta concinante quod Nigrinus improbat.

In Hist. disp. S. 18. num. 70.

A N I M A D V E R S I O XVII.

Nonquam in animo meo fuique venerabiles mihi Patres delatere, quos in oculis fero, nec me talis agere vita ratione decet ; quare nec suspicari quidem de me omnino debebat Senex Religiolus . fecit tamen : prompto ei animo parco , sicut, & alia . Sed videamus, an vera sint, quae ego in vita Pauli Pappe IV. scripti, quibus permotus Nigrinus, eorum me illudere voluisse auctorat, quae duo esse in scripto suo reperi . Primum. Iesuitas inclinasse animum ad duorum ordinum coniunctionem propter persecutiones, &c. secundum quod ego verebar coniunctionem illam censurata in opprobrium Pontificis. Hinc exordiamur, lectorumq; precor, ut caput decisum septimum vite Pauli Sandissimi Pontificis a me scripta percurrat, & a quo animo inter Nigrorum, mox iudicet, ubi cognoverit me talia non scripsisse : scripti tamen mentem Pauli ullam fuisse ducit istos Ordines eviendi, idq; testimonio duorum Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, nempe Vitellocij Vitelli, & Giuliani Silleri, quorum dictis si standum sit necne, cuiusvis iudicium non recuso : quare nisi me grandauerit, & in Religioso habitu quinqagesimum quartum annum agentem, decor Religionis, & Secundus, & Christiana Lex prohiberet nemini iustum pro malo reddendum, procibus dicere. Eni modo duos Amplissimos S. R. E. Cardinales etudit Nigrinus. Verum absit hoc a me . Transeo capropter ad alterum, quod enunciavi . Inclinasse, scilicet Iesuitas animum ad duorum ordinum coniunctionem . **Primum.** propter persecutiones, &c. Et quidem latius rationabiliter, nam frater, qui adiunatur a fratre quasi Clivias firma . Nec meus sermo

91

Sermo de persecutionibus fuit ab hostibus Sanctæ Ecclesiæ, Ec-
clesia verè filiis inflatis, quæ sūt gloria nostræ, sicut Apostolus
Petrus docuit dicens. *Communicantes Christi passionibus gaude-*
te, ut in revelatione gloria eius gaudeatis exultantes: si exprobam-
ni in nomine Christi beati eritis, quoniam, quod est honoris, glorie,
& virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescit. Certe,
qui pro fide decertant, à fidei inimicis multa passuros iā prædi-
xerat Dominus. Tradent enim vos in Concilijs, & Synagogis suis 1. Pet + Matt.
flagellabunt vos, & ad præfides, & Reges ducentini propter me. Et 10.
iterum absq. Synagogis facient vos, sed venit hora, ut omnis qui in 10. 16.
perficit vos arbitretur obsequium se praefare Deo. Et has declinare
infirmitatis est, non tamen culpabilis, dicete Domino, cum per Matt.
sequentur vos in Civitate ista fugite in aliam: quandoq. etiā hu-
militatis indignū se tanto munere existimant; non declinare
autē eximia fortitudinis opus est, heroicæq. virtutis, Sæctorū
Martyrū imitatores effici Discipulorū Christi. Improbos pro
bos odisse non est nouum, sed quæ ab his parantur, insidias, &
persecutiones declinare cū liceat, quid mali fecerunt vestri, si
quas tunc patiebantur persecutiones vitandi studio inclinarūc
animum ad duorum ordinum coniunctionem? quā si nunc re-
nuit confiteri Nigronus, hoc iam contudi, contraria, quæ in his
obuoluit ostendens. Quod verò ante hæc omnia Ribadinera Anim.
teste p̄m̄fit Nigronus. Quo tempore Patres Theatini non ha-
bebant Roma Domicilium, sed tantummodo Venetijs, & Neapolis,
& aliquod initium Patauii: noster Sanctus Pater optauit, & val-
dè egit, ut Romam venirent, tum ob alias causas, tum verò, ut me-
lius discriberet inter utramq. Religionem appareret, & nos non
esse Theatinos, ut usulgus nominabat. Hæc ethi concederē hinc ta-
men coniunctio non improbat, nisi ex parte Ignatii, qui (ut
alias dixi) quod semel à B. P. nostro Caetano acceperat sém.
per retinuit: neq. Ignatii mentem fuisse memorauī, sed Iesui-
tarum: quare non me hinc appositi redarguere potest. Quod
zandum solitudinis amatores nos facit, ac propterea segnes in
laboribus pro fide sancta suscipiendis, si vera enunciet Ni-
gronus; nolo, ut mihi le & q̄ credat, sed legat obsecro, quod de lib. 3 fo.
1890.
nostris priscis Patribus literis consignauit Io: Baptista, Adria- 3. anno
ni illorū temporū Historiographus celeberrimus; quippe qui 1555.

de Paulo Quarto Pontifice Maximō agens, hæc habet. Nam
 humilium, ac dédicatorum hominum Religionem fundauerat,
 qui ab eo Theatinorum nuncupationem acceperant. Hi nimurum
 Sancte uiuebant, atq. hæresum persecutores erant acerrimi, quartæ
 oppugnationem, & catholica fidei defensionem suscepserant, idq. co-
 rum profectò solemnis erat professio. Non ergo dubitare poterat
 S. Ignatius, quin próptissimi ad res fidei gerendas forent Patres
 nostri, qui & si cultores solitudinis, importunis, atq. superfluis
 secularium occupationibus abdicatis (quod proprium est Sæ-
 ctorum) fidei tamen defensionem contra hæreticam prauita-
 tem priores illo, ex professo suscepérant acerrime. Imo isto-
 lib. 1. 6.
 rum alterum alterum non excludit: quandoquidē Sanctus Hie-
 ronymus, & vastam Syriæ solitudinem incoluisse, & multa hæ-
 resum monstra suæ doctrinæ gladio legimus confodisse. Ipse
 Marty. quidem Sanctus Ignatius solitudinis, & Catholicæ Religionis
 rol. ro. vbiq. dilatandæ fuit studiosissimus. Quamobrem nihil ei du-
 man. bitandum, nihil timendum, quamuis ille fuisse recessus, quem
 31. Iu. Nigronus Patribus nostris adscribit; qui enim cum Maria se-
 hii. debant secus pedes Domini audientes verbū illius: cum Mar-
 ta quoq. fatagebant circa frequens Ministerium.

DE MODO, ET ORDINE, quem tenuerunt Primi Patres Societatis in ea condenda.

In His. disp. §. 24. num. 89. 90. 91. 92.

ANIMADVERSIO XVIII.

Quod Apostolica veneranda diplomata afferunt; & Rega-
 les Francorū Christianissimi Regis epistolæ amplissimæ
 perhibent ambigere nefas est. Sed cur Nigronus for-
 malem inter utraq. Societatem differentiam ponere nō extimuit?
 nisi quia, quæ nunc est, illa prorsus non est quæ tunc coaluisse
 dicitur. Secus fuisset antequam esset; nam forma est, quæ dat
 esse rei. Quid enim primo Sanctis illis viris occurrerat, hoc
 plane fuit seipso, quoad eorum vita duraret in proximorum
 salu-

salutem impendere : hoc autem omnino illud non est, quod possum modum factum est.

Quod ne gratis videatur datum, ponam hic, quod in historia Societatis nouissimè narratum reperiatur. Inter haec nouus, & lib. 2. n. vigesimus huius saeculi annus, cunctæ Societati factus, & fortunatus, & quasi natalis luxit. Hoc quippe anno, propitio Iesu, de ea in posteritate propaganda & vincienda certis legibus, patres consensere, Et inferius: Una conueniunt, ut de sua familia statu, deq; re communi deliberent: ergo adhuc nihil firmum, nihil commune inter illos. Et infra, Praestaret ne uti instituerat, nullo stabilito perpetua & Orl. hist. Societatis foedere, atq; catu quo ad vita suppeteret, in animarū procuratione versari, an potius certam quandam fundare familiam: Si Societ. l. 2. n. 58. in deliberationem vocatur, an certa sit fundanda familia, ergo illo tunc fundata non erat, ergo distincta ab ea, quam instituerunt, duraturam quo ad vita luppeteret, ergo haec non erat illa, quæ postmodum subsecuta est. Item. Id cum in consultatione initio venisset, sententiaeq; inter se variarent: statuunt in primis amplius insistendum consulendo, precibus, ieiunijs, & cetera afflictatione corporis Deo. Certè haec omnia ad futura dirigebantur, si futurum, ergo non factum, si sententiae uariabant, ergo non concordes in eo quod faciendum præponebatur; de præteritis quippe nulla prosus est consultatio.

Adhuc ea de re cum multis utrinque rationibus noctes quālibet. n. plures disceptatum esset: tandem una omnium mens, atque sententia fuit, ad duo priora & ota perpetuae casitatis, & paupertatis, 61. ann. tertium insuper adiungendum perpetuae obedientie, atq; ex suo corpore unum aliquem feligendum, cuius dicto audientes essent reliqui, & cui sua iudicia, uoluntatesque submitterent. Si substantia ha religioni sunt tria uota, quibus ex his, uel unum saltem decernat capta minime dici potest.

Dixi. N gronom non formalem, sed materialem illam uocare Societatem, uerum hoc illi prodesse non potest: nam si forma dat esse rei, quomodo esse dicitur, cui forma deest? Si forma est, quæ specificat, ergo, quæ futura formaliter, realiter distinguitur; ab ea, quæ materialiter fuisse dicitur: secus dicere possemus, pisces esse aues, auesq; pisces, quia constituantur in materie: ab eadem quippe aqua, & pisces, & aues sumptuare

pere principium. Item dicere possemus inchoatam esse iustitiam, quando quis iustificandus est peccator: nam materialiter est idem homo peccator, & iustificatus; similiter secularis, qui postea fit regularis: ex tunc omen dedisse religiosæ vitez, per Nigrorum dici posset; cum tamen secularis, & regularis vita ad inuicem distinguantur; neque hæc sit illa, neq. illa ista: quare neque incohata Societas, neque propinqua perfectioni, quam amplecti anno 39. decreuere patr. s. vlo pacto dici potest, quæ initio ab ijsdem diversa ex cogitata fuit: hinc non apposite Platonis, atq; Arist. vtitur dictis: nempe dimidium principium esse rei, siquidem quod probationes denegant esse principium, neq. dimidium esse potuisse confirmant. Frustraque leges: & glossas inducit; asserentes, pro facto habendum, quod de proximo faciendum est, cum nunquam, neque de proximo, neque de longinquo tale quid illis in mentem venerit, quod ut postea stabilirent, cum multum discepratum esset, antequam quidquam deliberarent, precibus, ieiunij, sq; Deo vacandum, & insistendum necesse fuit.

Ex his liquet potuisse B. Caetanum prædicere Sancto Ignatio; ne dum confirmationem suæ religioni à Pontifice concedendam: verum etiam religiosi cætus futurum patrem renuntiare: siquidem anno 1539. adhuc non erat sub suaui iugo obedientia, adhuc non erat stabilita Societas in posteritatē propaganda, nō erant decretæ regulæ. Vnde Orlandinus, his de nomine constitutis addidere Patres, vt Præpositi generalis potestas, magistratusq. non certo annorum numero, sed ijsdem, ac vita terminis finirent, & ut nouitij, & qui Societati annumerari vellent, &c. Adhuc incertus erat exitus rerum illius eventus, an hominum expectationi responsura, spemo. quam concitauerat sustentatura, ac propterea Paulus Papa III. ad limitarū

*numerum sexaginta tantummodo facultatem fecit profitendi Ignat. in ista religione, referente Ribadinera, adhuc in semine 17 & in erant, & in radice illi fructus, quos suauiter, feliciterq. protubulla protulit vinea ista fructifera. Quæ omnia potuit præuidere, ac præ-
PP. con dicere S. Ignatio, beatus noster Caetanus. Sed de hoc mox
bit. 15. accurate & copiosè.*

Pauli 3

QVAE:

95

Q V A S A N C T O I G N A T I O
de sua iam coalita Societate predicere po-
tuit B. Caetanus.

In Miss. diss. §. 24. num. 89. 90. 91. 92. §. 25. num. 94. 95.

A N I M A D V E R S I O X V I V .

Primus argumentum in hac dubitatione sumam ab eiusdem Nigroni placitis, & affectis, ad hominem, qui ut probet S. Ignatium nos in vestitu imitari non posuisse, distin-
tiam regionum inducit, impossibile cum credens, qui apud 66.
S. 18. num.
Gallias, & Hispanias morabatur, remorimmoſines, nostrosque
in Italia degentium socios etiam habere posuisse. Item
noſtrorum priſcorum principium ſolitudinem, & a mundo ſe-
cessum, uitium quod debuifet, multis in primis amplificat, S. 18. num.
& praeter nomen, que Eremiarum ſunt, tribuens illis, omnia, 69.
non ignarus preclaras Sanctorum acies, actione panter, & con-
templatione praftantes, quos imitati ſunt Patres noſtri, mundi
recessu, mundo mirabiliter profecifte, quoram hortationes, con-
ſilia, prædicationes, & omologes nullis terrenis inquinataz af-
fectibus ſed caeleſtibus educatæ cogitationibus, (ut Damasceni
verat verbis) ad deſtruptionem iniquitatis, ad proſiganda pec-
cata aptiores quidem, & accommodata exiterunt ſempersqua-
re, que in noſtre familiæ probrum obiecit, in eiusdem occidere,
& gloriam dicamq; proinde quod Cicero; In iſto tuo malediſto, Pro. 20.
probrum, non modo mihi nullum obieciſſas, ſed etiam laudem illuſtravas 228.
meam. Hinc que ita nos nulla ratione conſtruxit, in eum cui-
denti ratione coocorqueo ſic. Quamuis alij hec dubitatio-
insurgere, eorumque corda ſubrepere potuiffet, non tamen illi-
us, qui & terminorum diſcrimine, ac diſferentia, & Parrum.
noſtrorum reuelu, id prædiſiſſe Caetanum ſibi perſuaderi de-
bebat, quod non ab hominibus, ſed a Spiritu Sancto diſcie-
rat de Ignatio; Nec absurdum ſcimus ex S. Tho. praetexta, &
& praefencia, ſicut, & futura, annouciant Propheſas; quemad- 2. 2. que
modum de Sancta Elisabeth. Sancti Ioannis matre dixit Am- 171. a 31.
broſius; quod per prophetam diſcebat, quod non diſcerat a in Luc.
me-

96

bō. 26. in missis; Ec de S. Thibute Apōstolo habet Gregorius: quod illud
Evang. vidit, & aliud credidit; hominem vidit, & Deum confessus est.
Matt. 16 Similiter Petrus Apostolus dicens; Tu es Christus Filius Dei viuis;
lib. 3. cō. de quo Hieronymus; ex confessione sortitur vocabulum, quod reue-
in Matt. lationem ex spiritu sancto habebat. Ec de Ioanne, qui Dōmīnum
cap. 16. dixit demonstravit dicens; Ecce Agnus Dei. Hac de illo ca-
Jo. 1. nit Ecclesia. Ceteri rāntur cōdīcte. Cālūm corde p̄fugā iubar af-

In festo futurum, tu quidem mundi scelus auferentem, indice prodis: Moyses
3. Iō.

In exa- In Deo, inquir, Glossa, sicut de futuris, ita & de præteritis ed-
mō. eius; & Basilus, qui Deum auge, atque Angelos ipsa facie videat; a
hac ex iis nobis refert, que ab ipso Deo percepit, & audiuit. Et sub-
dit, sediamus igitur veritatis verba, non ab humano spiritu, sed &
spiritus Sancti Vera doctrina protata; Enimvero tales sunt Prophēti.

In Ps. 43 ta, ait. Chrysost., omnia tempora percurrunt præterita, presen-
tia, & futura. ex ergo, que iam coauerat sodalitas, sed igno-
rabant, a Caetano, qui per te vicam dicebat solicariam, di-
vino afflatus spiritu dicere potuit, quamvis iam constudia-
sse, sicut ait Moyses a Deo illustratus, atq; edocens, San-
Dō. hīl. & Catharina Senensis, ut in eius gestis habetur, non lexis
p. 2. lib. 2 Sandorum actis, a Domino puerula didicit; que præclari per
cap. 3. iacobem apostolice virti, & in primis eterni patres mirabilia
gesserunt in Aegypto, quorum in Deum excellentissima charis.

4. reg. 5. tanta exaltit egregie propterea simulatrix. Et sicut Eliseus, in-
2. 2. qu. quia Sāndus Thomas, propheticē cognovit, que Gierzi disci-
puli eius in absentia fecerat; sic Caetanus, que Parisijs, &
alibi cum socijs inierat Ignatius.

Secundum argumentum desumitur ex difficultibus, eisq;
per maximia, quas in confirmatione Societatis a Sancta Sede
obtinenda maxime experti sunt, quos perbelle enarrat
lib. 2. nū. Olandinus his verbis. Domi autem nihil minore in rem Societa-
tis Ignatius ipse, qui quidem in confiando confirmationis negotio, fa-
bilemq; ad exitum contra vim, autoritatemq; multorum Principium
producendo, annum integrum defudauit. Dederat Pontifex max. uti fu-
tra demonstratum est Societatis exploranda negotium tribus Cardina-
libus, & Guiduacione potissimum, qui quidem adeo non amicē supplices
patres accepit, ut ne conscriptam quidem institutorum formam adducere
posset.

possit, ut legeres; sed quæ tantæ aduersus religionum multitudinem
commentatus fuerat, ea uno tempore vniuersa contra nascentem Societatem
videlicet effundere, collegaq; in eandem sententiam sua authoritate
perduxerat; Sed qui semel spes suas in Domino collocarant, nequaquam
animo debilitati sunt; Instant, atq; virgine magis, literæq; à Viris, Prin-
cipibus, & Ciuitatibus afferuntur ad Pontificem, & Cardinales ea de-
re grauissima; Sed Satana obnidente, pro viribus, frustra omnia.
Hæc illæ; Quod ergo difficillimum fuit hominibus, & fru-
stra omnia contingebant, feliciter obuentura homo Dei præ-
vidit.

Tertium insurgit argumentum ex ambiguitate, quam con-
ceperant Cardinales, expedire ne christianæ reipublicæ istius
nouæ Religionis construcio, quam idem Orlandinus explicat
dicens. Censuerunt deniq; Societatem in eorum numerum reponendam, lib. 2. nro
ita tamen; vt dum dies aperiret, quid maxime præstaret Ecclesia, pro-
fessos non excederet sexaginta; Quod ergo non dum aperuerat De-
us hominibus, diuina luce perfusus aperuit Caietanus Ignatio,
cui bono Ecclesiæ secundam fore, & copiosâ Societati renunciat.

Ad huc quartum sic argumentum, quia quæ nunc felix viget
Societas, non ea est, quæ tunc coauisse dicitur, nec quos pro-
tulit uberrimos fructus adhuc germinauerat. Hoc quod poste-
rius dixi prædictione non egit, primum probant, quæ in ea esse
etiales differentiae dignoscuntur; liquidem, quam primo loco me-
ditati fuerant ad animarum medelam, Hierosolymitanos sermo-
nos non erat transgressura; quam secundo considerunt, in omnē
prorsus terram erat amplificanda. Illa, posteritatem non erat
habitura, hanc, in posteritatem placuit propagare. Illa, triplici
factorum votorum vinculo, quod religionem constituit alligata
non fuit, hæc omnibus numeris absoluta, triplici ligamine, pau-
pertatem, castitatem, & obedientiam proficitur, præterea peculiari
addito voto, in omnibus summo Pontifici præsto esse in missioni-
bus, tum ad fidèles, tum etiam ad infideles. Illa Societas, pia
& venerabilis fuit; hæc, vera, & propriissimè dicta religio.

Dices hoc verum apud locios, at non in mente Ignatij, qui iam \$ 25. nro
præcognoxerat omnia. Hoc certè, & si gratis dictum; meam fir-
mat conclusionem; nam quæ mente recluduntur, nisi supernatu-
raliter illustrati, cæteri cognoscere minime possunt.

Nouissimum vero omnium quicunq; sic argumentum. Esto, perd
fediissimam iampridem, & completam fundasset sodalitatem
suum Ignatius, quod nunquam fixit, nec ipse Nigrinus dicere
audet; hoc quidem, si naturali via quoque modo cognitum pre-
dictionem excludit; opus tamen antea ab Ignatio ceptum, quod
suadet Caetanus, ut prosequatur, nostram illi interdicens mi-
litiam; hoc veiq; Spiritus Sancti magisterio imbutus, cur non por-
tult facere? quo magis, magisq; in bono opere, quod assumper-
rat confirmatus hilariter progrederetur Ignatius, sicut, & alijs
Sanctis contigisse perspicuum est, qui cœlesti lumine ab alijs cer-
tiorati sunt, quid Deus requirebat ab eis; & scimus ex Euani-
gelijs Joseph Sanctissime Virginis sponsum ab Angelo monitum,
ne timeret accipere Mariam coniugem suam, quam acceperat
iam, sed dimittere cogitabat. Itaq; quod ex tunc Ignatij Socie-
tas coauerit, nihil à Caetano dictis, vel in minimo officit, que-
rata in suo robore firmiter perseverant.

Ex quibus colligitur, & sit dictorum firma conclusio, potuise
Caetanum h̄c de Societate predicere. In omnem terram,
& in fines orbis terræ amplificandam, in posteritatem, certisq;
legibus vinciendam, factis votis astringendam, atque in Reli-
gionem propriissimè dictam erigendam; Quorum, quia nihil
eunc actum, nihil eunc cogitatum, diuinicus sane accepsum &
Patre luminum, piè credeadum est, quæ si mente conceperat
Ignatius, atq; in arcando cordis clausa tenebat; Ignatij quoq;
mentem, & cor cœlesti munere illius, qui probat tenet, & cor-
de penetrans faceri cogimus.

Denijs quia distracti longissimis oris procul ab iniucem vi-
terant duo isti Beati; & Caetanus insuper ex Nigrono soli-
tariam vitam ducebatur, etiam quæ primo tempore cum socijs
gesserat Ignatius, vaticinasse Caetanum ambigere non debebat;
imo, & hoc ipsum sentire, etiam si Societas per id temporis ab-
soluta fuisse, non quia futura tunc annunciasset, sed Spiritus
Sancti gratia Dei cognitam voluntatem, noram faciebat; nem-
p̄ ne in nostram ingredieretur familiam; sed suam actuosio-
rem perficeret, quam Deus ab Ignatio magnificentissimam ex-
pectabat.

99

IN EPISTOLAM TYPGRAPHICAM
Celsiorum.

A N I M A D V E R S I O XX.

P Rudenter quidem egisti Typographe, non amicum, sed candi-
dum. Ledorem experere: quandoquidem ad offusas noctium
te nbras proligandas, candor lueis requiritur. Proinde candorem
animi ingenuum, qui profecto non vni sententia hæcere permit-
tit, ostendat, quam in alijs desideras sapienter; si tecum (ut
par est) habueris, cognosces utiq; quis verum, non fucum quer-
rat veritatis; Quis non fabulam in historiam, aetamen histori-
am in fabulam commentetur; Quis non quid gestum sit ab hi-
storia petat, at quod gestum est ab historia abradete acutius
rimetur quam verius; Fictiones quis aculeatus affigat, & effin-
gat; Deniq; quid geri potuerit, me nullatenus effinxisse, mihi
tamen iniuste affigi: Quz certè, non mirata, si tempus tam
veri, quam si i. auctor, velut adulterina, & exposita diutius
gestauit in utero, peperit serius, enutriuit vberius, palamq; fe-
cit liquidius; nam veritas (ut ait Seneca) odit moras.

Quam tandem si potenti sua virtute suaus amicè
excipere volueris, candido accedas obsecro ani-
mo: nec dubito quia in ipsa agnita veri-
tate, maiori voluptate frueris, quam
ex eiusdem similata specie re-
cepisti deceptus.

(✕).

N a IN

IN EPISTOLAM TYPGRAPHICAM
Neapolitanam.

ANIMA DVERSIO XXI.

Robum te semper agnoui , nunc calidiores optarem. I
non enim hospitio receperis opusculum , nesciens ex qua
peregrinatione vagum : Quippe , quis peracutus , & sagax , in
domum suam , suspiciosis praesertim temporibus , cum
excipit cuius vias ignorat , cuius semitas nescit ? Credidisti
propugnatorem veritatis te receperis , letus edidisti , quod ve
ritatem tutari putabas . Concepisti mente honoris , lucis , haud
parum S. Ignatio detrahi , si opus hoc in tenebris iacere diu
permisisses . Hoc autem cum non praeter opella , authori utiq; ac
tibi praestisset in tenebris conticuisse magis , quam aspe
xisse lucem : quod quidem utriusque honorabile , nunc
certe probossum : & tu quamuis deceptus , lecto
rem nihilominus non decepisses . Pareo tibi ,
quia ignorans fecisti , cautius agas :
alias , & Typis tuis iam prouidus
factus , ne facile des , quod
vir bonus a te peritio
remolitū , quid
cōtineat ne
scis .



FAL

102

E A L L A C T A R V M R E C O L L E C T I O

ex Synopsi.

A N I M A D V E R S I O X X I I .

Principio Synopsum exigua p̄ficit op̄lē : & corpus per le tenue veste voluit dilatare lacrimosa : Tautologiz vitio semper in eandem patrem incubit, & per eandem lineam ferram reciprocat: ut scilicet eo pacto eius, qui minus sapiens sic possit mentem obruere.

Mea dicta contorqueret, atq; peruerterit; ut partes suas robustiores faciat appetere, ac pluribus contra me aptet vexationem, quæ omnia ipsius ethernato fundamento labuntur, nam ut gladio suo gloriolum perimam gigantem istum, ubi infirma imponuntur infirmis, utrag; citius collabuntur, cum igitur inane sit quod afflentur, maniter omnia evanescunt, ut copiosus virtus est supra.

Quis eis dixit, celeberrimis diebus Natalis Domini, ab Ecclesia sua absiste Caetanum, & si absuerit, inconuenienter reputari? An ignorat Principes Ecclesiastum Episcopes ad eundem gregem Domini Ordinatos, ut inquit Amb. Ecclesijs bene præpositos, sollicitè illarum coram habentes, ut testatur Luc. c. 2. Apostolus, & nihilominus rationabili de causa à grege sibi credito pastores optimos diu disiunctos? non ne oves Caetani, quia Fundator, quæ Venetijs, quæve Neapoli? Charitas Dei, & proximi coegerit Caetanum, fessus itinere, senex, Atheliale ne conquiesceret, sed nocte ipsa Neapolim excurreret, ut cum socijs, Ascensionis solemnia celebraret. Hæc eadem ad suorum solatium consilium, & lenamen, Venetias usq; perduxit. Nihil igitur contra Caetani prudentiam, nam charitas prudentiam non destruit, sunt namq; virtutes sibi iuicem coniunctissimæ, & affines, ut docent Theologi.

Quid tempus perscrutatur, & moram, quam Caetanus fecit Venetijs? quandoquidem, neq; præfiniti temporis, neq; morte fecerim mentionem, sollemmodo collocutionem tradi, quam a maioribus fide dignissimis accepi hoc eisdem, & quæ his similia indagantur, ipsa collocutionis sola probatio

batio nihil habere roboris ; nihil probabilis sua virtus quædet.

A quo nouus è theologo nauta cognovit, Adriaticum hyeme traiici non potuisse ? an forsan Caetanus, qui atque in Adriatico imperauit ventis, & mari, & fecit tranquillitatem magnam, converens procellam eius in auram, & silere faciens nubes eius, hyemali tempore præpediri potuit si Spiritu Dei afflatus (quod, & de alijs Sanctis legitur) id sibi expedire cognouisset ? Sed qui theologus, nauticam professionem usurpat, extraneam, & a se alienam dum appetit disciplinam, propriæ obliuiscitur ; marini vortices, & venti eam diripuerunt.

Syn. n. 8. Tufum, & Caracciolum inducit, ut proberet diuturnam Caetani anno 1535. in Civitate Neapolitana præceptam ad obseruandum, acq; deprehendendum Berardinum Ochinum hereticum. Attamen Tufus, neque ochinum obsecrationis, neque alterius cuiuspiam, quod tunc temporis Neapolitanius Caetanus meminit, quare ex industria locus non est positus in *Caracci.* margine : Caracciulus verò manifestè docet, & trigesimo pag. 240 quinto, ad trigesimum nonum clapsum temporis, ab obser- 245 242 tatione ad deprehensionem Ochini: do verba: Anno 1535. Neapo- 240. 240. lim venit (Ochinus scilicet) longe maiorem mentium fragem dedit, &c. & paulo post. Initium detegenda impietatis à nostris factum : quippe Caetanus perspicaci vir ingenia rem odorare capie, &c. & infra, obseruaueratque Ochinum, ab usque anno 1536. qui in ade S. Iohannis maioris concionatus fuit, &c. post pauca; hoc vero anno 1539. Caetanus igitur qui, ad hunc audiendum: obseruandumque, & ipse ire, & alios dedita opera mittere soluerat, nihil iam cunctandum ra- tuis Cardinalem Theatinum certiore fecit, &c. Igitur iuxta ea qua Caracciulus tradidit, Thienzi commoratione in Civitate Neapolitana ad deprehendendum Ochinum anno 36. non egemus: quippe qui deprehensus fuit anno 39. imo neque ad obseruandum, cum latissim temporis valde idoneum eribuat.

Syn. n. 9. Incassum, & fustra pondusat Caraccioli dictum biennio sci- Pag. 247 licet Domum stabuli summa cum laude Caetanum resedisse, & quod non dici possit excusio, diuturna decem mensium com- moratio, quia nunquam tanto tempore affuisse Caetanum, ipse pronunciaui: quamvis Nigronius, ut hoc mihi obicitur.

con-

coquens, colluctis affutis; quod ego distributum evenerit
lib. 2.c.6

S.18.nu;

67.68.

Ecclesia-
stici 13.

S.18.nu;

69.70.

Rib. in-

Vit.lib.1.

cap.10.

fricordiam expectando?

- §.18. nro. Vno non adm̄dum literis excuso; exercitos apprimē cultos, non poterat desiderare Ignatius? nunquid vos omnes Doctores? omnes literis erudit? omnes Magistri?
- 72.
- §.19. nro. Quoniam virtutes coniunctissime sibi sunt, & affines; nihil contra constantiam facit; qui temporum cedet improbitati; hinc in Maeab. laude ponit Chrys. forceſq; athletas maximē commendat, quod quando grāne quidem bellum ingraebat, nec quidquam poffent facere quod prodeſſet, ſe abſcondebant: nam boc quoque fecerunt Apoſtoli; non enim ſemper apparet in media irruerant pericula: ſed nonnunquam, & fugientes, & latentes ſe deſtebant. poſiquam autem parum respirarunt, tanquam generofis qui dama Catuli ex antris exilientes, & ē latebris emergentes ſtatuerunt non ſe amplius ſolos feruare: Quare nullo iure conqueri potest Nigronus parum honorifice me cogitaffie de Sancto Ignatio, cui etiam eripuisse constantiam damaſat, quia que diſcillima in consultationem venerunt, animo verlaſſe Ignatium dixi:
- Maff.lib. Cur potius Maffeum non improbat, qui diu perplexum, 7.c.16. multa, ac diligenter prece exploraffie numinis voluntatem deſcripsit? Si diu perplexus, ergo vanum eſt effugium in ſocios conforqueret metum, & que ex Orlandino transcripta ſunt verba, ab Ignatio quidque prolata, negare, quod ipſa
- Animad. quidem perplexio confortere facit abunde. verum de his fa-
to.
- §.20. nro. Sanctus Ignatius, quia perpetuo mendicauit idcirco ab il-
76. lo paupertatis genere, quod mendicare prohibet allici mini-
mū potuit. Hoc gratis dicitur; ideo ſine hæſitatione negatur: quifnam prorsus ignorat iuſtitutum diuersum ab abuento am-
plexandi in cuiuslibet eſte potestare? Iuuenes corporis affi-
lationibus affueti in ſeculo, non ne ſpiritu Dei in mitem
aliquam Religionem induci poſſunt? E contra in deliſis enu-
triti quam plures, alperam vitam aggrediuntur. Qui de la-
pidibus potens eſt fufeitate filios Abrahæ, & omnes nos ſicut
luctum in manu figuli ſumus, in manib⁹ eius, in cuius manu
ſunt omnes fides terit, potuit utiq; mendicationi deditum a
mendicando auerrere, quia tunc Sanctitati ſic expeditbat Ignatij, & Caſtanio veluti alter Saulus, Ananias; ſe ſubdere, qui
non

122.

pea de mendicato, sed despone oblatis corporalibus necessitatibus satisfaciens, tuto cordis affectu, temporalium ablata sollicitudine, Domino seruiebat.

F A L L A C I A R V M R E C O L L E C T I O ex Historica Disputatione.

d §. 21. usq; ad §. 22.

A N I M A D V E R S I O . XXV.

Nea est, quod laboret Nigrinus in perscrutando quid §. 21. n*u*. Crimen significet. Si quidem, quos citat Christianorum 79. 80. Magistri, nunquam certe contra constantiam, aut contra fide- 81. 82. litatem, nec etiam contra officium boni viri, vel in minimo preccare docuerunt, quisquis, quod Ignatius in locios fibi non assentientes facturus fuisset ipse quoque facerer; nempe illis spiritis nouum vitæ genus assumere. Quomodo autem hæc vera sint nunc denuo differere non expedite, ne dum eadem sepius Anim. 10 repetuntur, & lectoris animus nimium fatigetur, & folia iniutiliter rep'eantur. Utq; quod tunc fecit Ignatius (quod quidem Anim. 21. iniiciari minime potest) Deo inspirante fecisse credendum est; Anim. 81. nunquam enim vir Sanctus aggredi prælumpfisset, quod à Divina voluntate recedere credidisset: Quid ergo mirum, si locios, ad quod Deus eum impellebat contradicentes omnino spreuisse? Et nihilominus, hoc non iam dictum est, ac si profectio sodalium suorum aspernator fuisset, sed ad adstruendum, adeo procul à culpa futurum, quod tunc parabat Ignatius, ut propterea, etiam si Socios, quos prætolabatur renuentes spreuisse, nulli reprehensioni obnoxius, commendatione merito cumulandus foret. Sic de Sancto Ignatio loquendum. puto.

Quorsum denuo socijs datæ fidei sic mentio; si hac , nulla, §. 22. n*u*; ratione teneri Sanctum Ignatium dignoscitur, & confitetur, cui 84. in nouum Ordinem intrare iure licuisse faceretur? si autem sicut licitum, ita & expediens; cuius iudicio magis standum est, quam Sancti viri, quem Sancto Spiritu duci legare nefas est?

est? nec tibi post eae annorum circulos ita res sunt praesentes; sicut tunc Dei seruo obedabantur, quem Dei voluntatis conscientiam, nunquid filii patri optimo denegabunt? De socijs, quos tunc prestolabatur Venetijs, parum sibi promittere potuisse, atq; omnium non leui iniuria, & etatem, & doctrinam in eos conconquerere, inhonorificum dictu est: recolatur, quod ex Orlandino hauit, & veritati consonat vehementer, S. Ignatium ab omnibus locis agnoscet, & reuereri ut patrem. Si Sanctum Ignatium venerabantur omnes, & agnoscabant ut patrem; certum est filios obedire debere parentibus: parentes vero utilia filiis procurare: utrumq; factum; nam Ignatius ad noscos accedens, filiis, sibiq; consulebat, filios vero illi adhesuros nullum dubium est; si fecus, quomodo Ignatium venerabantur omnes, & agnoscabant ut patrem?

S. 23. nro.
86. Nequaquam inconstantem, aut lenem ille pacto se prodidisset Ignatius, quod ex paulo iam ante dictis compertum est omnibus; quare vanum est tale commentum, & multo magis inefficaciam ponere in Ignatio, duriciemq; in locis, qua nec ille istos ad se trahere, nec isti ab illo trahi finerent. Eto, neminem promittere posse de facto alieno, at non pater: nec apud noscos illorum irritum fuisse votum, qui animabus lucrandis totos se manciparant; eadem quippe apud priscos noscos patres erat voluntas, idem propositum; nec si post sociorum exploratam voluntatem, vel omnes, vel maior pars recusasse, Ignatius notellum Ordinem intrans fidei violator, sociorumq; desertor excitisset, illi utiq: tunc ab eo se subteraxissent, cui in nostro Ordine iam firmato, atq; constituto assentire noluissent; nec Patres S. Nicolai quicquam vereri poterant: homines quippe ingenui, docti, ac Spiritu Ignatij imbuti, non arrogantes, sed humiles corde iugum Domini, nostris subiecti legibus, parendo, non imperando portarent.

Quid si timuissent, ac propterea socios recusassent admittere? etiam tum sine leuitatis labore, aut fidelitatis detrimento, res se egisset: Ignatius siquidem, ab aliquali societate in posteritatem non propaganda-ad Religionem Apostolica firmatae solidatam, a generatione in generationem permansuram, transibat.

Quis

Quis certè amplificationibus, aut catachresibus vñus est vñ. §. 24. nro. quam, quibus prælens redundat opella? Si nomine Societatis 89. aliquot virorum cætus intelligi dicitur, qui Societatem quan- dam inter se conformauerant, tanquam futuræ Religionis im- choarionem, quod in Ecclesia Catholica non ambigetur vñita- tum; hoc vñiq; anno 36. ab Ignatio, & socijs modime factum est, quibus non nisi anno 39. de Societate in posteritatem pro- Orl.lib. 2 num. 58.

Si aliqualem Societatem ante annum 39. coauisse inter Ignatiū. §. 24. nro. & socios probari intenditur; non est quod probetur, 90. et 91. nam vñtro conceditur. Verum ad propositum intentum non con-ducit.

Sicuti neq; prodest negare ad aures Carrafa colloquium §. 24. nro. Ignatij peruenisse, quod à maioribus nostris constans, & firmum 92. accepimus. Dicere quod si Carrafa sciuisse, nunquam institutum Ignatij mutare attentasset, & hoc vanum est. Quid enim, prædixerat Caietanus? Hoc vñiq;, Ignacium fore Fundatorem aëuosisor Religionis, à qua, etiam si actuosa aliqua munia- pontifex ablegasset, nostra aëuosisor permansisset; Sed quod his omnibus maias est, suadere vult Religionem tunc esse iu- ceptam, quando de ea condenda nihil adhuc cogitatum fu- rat.

Multa compè disponuntur in hoc paragrapho, que omnia §. 25. nro. ad vnum aliquid redigantur; quod pectoris similitudine 94. exprimitur, prius quidem tabulam inchoatam, pri- mis lineis adumbrantis; postmodum coloribus nobilius exponantis: vñterius membra efformantis; & postremo imaginem perfectam, atq; completam oculis omnium proponentis: Ve- rum hæc omnia circa idem lubie&um versantur, & Platonis v. g. capra imago quoisque perficiatur, idem priorsus est opus. Sed quid, si Platonis speciem incipiens quis effingere, in alterius omnino diuersam, nempe Aristotelis, protrahat opus?

Quod paucissimi quidam homines, quoad ipsi vixerint pie- tatis operibus incumbere statuunt, Piaz Societatis simulacrum est: etiam si aliqua, non tamen tria omnia vota emiserint. At quando in posteritatem amplificate familiam, eandemque

paupertatis, caritatis, atque obedientiae sacris votis munire decernunt. hoc non simplicis Societatis, sed religiosi ceteri vero est effigies, atque a deo diversa in inuidem, ut, sicut supra propositum in mente recentum nihil operari; Et nihilominus ex his, quae Ribadiacera in vita Ignatij edidit, & omnes unanimiter affirmant, certum est, etiam post mactanas illustrationes, nihil de Religione in eius mente incedisse; quippe, qui solus peregrinus Ierosolymam petiit in ea sua vita cursum expleturus, in Sanctorum locorum veneratione, proximisq; iuandis; certum est autem Religionem, plurimorum dicere, ceterum in posteritatem propagandam, quae omnia excludunt, quae tunc Ignatum meditatum fuisse tradunt.

S. 25. nro. Haud sanè negatur primam illam Societatem non institutam, nec sua amplificationi non praexistentis, nec nomine Iesu decoratam: negatur tamen praexistentis familiam, de cuius statu diliberandum erat, deliberatio namque non praexistentiam, sed futuritionem indicat, quod clare sineulla gloria exprimunt verba in margine apposita, (quae consultandi viam tenuerint Patres in Societate condenda,) quae non nisi futuræ aptari possunt, quae subsecuta est informem illam primam Societatem, de qua etiam loquitur Orlandinus, cum reculit, omni operatione retinendam, quod ut perspicuum fiat apponam præcedentia, quae in citato numero quinquagesimo non posuit author.

ibidem. Postremò, ne penitus à procuratione salutis publicæ interrim desisterent, quotidianæ vitæ munera, ita dispertiant, ut diurna quidem spatia, partim animorum defensioni, partim rerum confuleandarum cogitationi; nocturna vero diliberationibus dicarentur: prima igitur nocte quæsita est, versus Pontificis Romani iussi, cui se voti nexu pro tuendis animis manciparent, varia loca peregrinantes oportenter, suis quemque rebus, muneribusq; nullo ad alios respectu habito consensuue praæesse; an potius locorum interuallis, corporibusq; disiunctos esse; tamen ut animorum consensione, sic in territoriorum communione coniunctos. Attende quæsto rei gratia
dus,

dus, & processum ; primo loco deliberandum existimatunc certam quandam fundare familiam , quæ non ut instituerat duraret, quoad vita suppeteret ; ergo aliam à priore diuersam condere cogicabant, non de perficienda deliberant, quod gratus dictum, rerum processus, & ordo declarat . secundo variis tibus sententijs, statuunt amplius infistendum consulendo precibus, &c. ergo nihil vñq; tunc actum, nihil inter eos firmum . tertio ne à procuratione publicæ salutis interim desisterent, horarum spacia suis quibusque muneribus assignantur . Aduerbiū, interim, profecto, quæ inter instituētam iam, & instituendam mediarint Societatem, demonstrat . quarto queritur, verum, varia loca peregrinacionibus, suo quisq; operi praefit, nullo ad alios habitu respectu; an potius, ut animorum consensione, sic meitorum communione esse coniunctos . Et huic quærito respondeatur Perspicuum rem omnibus vilam, tam suauem, tamq; aetatem Societatem ex tanta moratu, nationumq; dissimilitudine conflatam , omni ope retinendam : loquitur ergo de vnanimi illa consensione, à qua non capropet, quod varia loca Pontificis ius tu peragrarent, corporibusq; futuri essent distracti, censeretur immunes ; verum omni ope illam retinendam decernunt . Si secus, non est antevertere sed peruertere dicta .

Haud illa reuelatione , quam de sua condenda Religione habuisse ferunt S. Ignatium , narratio mea de eiusdem Congresso cum Caetano Venetijs , concidit : nec Nigrorum latet, qui de hac re copiose disseruit : Nec eum fugit , Ignatium accepta Reuelatione Ierosolimam secessisse , ut inibi , quoad vixerit moraretur ; quod quidem præfata Reuelationi aduersatur magis, quam congressus, quem Venetijs habuit cum Caetano .

In me calamum acuit, & matrem necat, in quam criminis suspicionem commouit, vitam scilicet occultasse Ignatij à Ribæ dinera conscripsum, quod nunquam protulit .

Omnimodam fidem Petro Ribadinere adhibendam , nunquam in dubium verti, quem multa addere, multa item ostendere, in cœdifice meo lego: verumtamen ad modicum fulcire iuuat, quod neque in sacro Rœta auditorio, neq; ab Eminentissimis Cardinalibus, Sacris Ritibus præpositis, probatum est cù nullam Reuelationem Ignatio factam probatam inueniam .

- S.29.nu.** Iterum in Matrem culpam conuertit, quæ non peccauit;
103. sed ille, qui non breviorem vitam, quam appellauit author,
 sed compendium allegavit, quod & si ab auctore, vel ab alio
 prodeat, copiosius esse non debet; idcirco namq; compendi-
 um dicitur, quia in eo breuiter summa op̄tis colligitur, cui si
 aliquid addatur, proprietatis suæ transreditur metu.
- S.29.nu.** Porro verba examinis anni 1606. ad probandum vitæ breuior-
104. ris verum Authorem fuisse Ribadineram in Curia Romana,,
 nihil probant; non enim in tertia persona, sed propria testis
 deponere debet, ut fidem faciat, quam carmen sponte, atq; li-
 benter præstare non recusabo.
- S.30.nu.** Argumentatio meæ vires accipit ab eo, quod fuit, nam
106. quo describit Ribera revelationes, tot, & non plures in Ri-
 badinera nocantur, & hoc erat assumptum argumentationis
 meæ. Responsio autem fundatur in eo, quod esse potuisset,
 quod à Nigrone in me scriter impugnatur. Sibi carmen nunc
 heitum facit, sic; si Franciscus Ribera, inquit, superstites fuisset,
 revelationes alias, & hanc præcipue controversiam referre potu-
 issent. Quare harum vera firmior sit, mea scilicet argumentatio,
 an sua responso; Ipse sit iudex. Ipse de se sententiam ferat, qui
 iudicium pronunciavit.
- S.31.nu.** Non est meum, vestrorum scriptorum acriter expugnare di-
108. &c, neque affecta vestra euertere funditus: hoc decet, quos
 Christus Iesus elegit sibi in hereditatem, quos charitate pe-
 ret; charitate alit; charitate vult crescere, & peruenire ad
 regnum. Quare libenter admitto Orlandium, modestia gra-
 tia, verbo, fertur, & sicut. Cui adiumenta omnia subministrata
 fuere: tabularium societatis apertum: perlatæ quæcunq; ex pro-
 pnijs historis inseruiebant: quæzus à Ribadinera, & Maffeo
 prætermissi: quia noſ: poterat, quod prædicti duo desierunt:
 præterea hunc præ omnibus cultum timide loqui Ribadioe-
 ram, natura, timidum, nulla cum fortitudine prædicationem
 narrass:; Clarissimum virorum testimonia, quæ adducuntur,
 non ablego; Fidei, quæ Ribadineræ à me danda requiritur, dæ-
 re agimus non i' rebus: potuisse Ignatium per Belgiam, &
 Aeneas plini exarrete in Angliam, concedo: nec, quæ mihi
 acriter obieclitis, ac si, nec logicam à limite salutarem, in-

Vos vindex contorqueo? Neq; dolio calpasse in me; quod à vobis licetē fieri creditis, illius oblieti, quod scriptum est; omnia postremo, quæ vindicaris in altero; tibi ipsi vehementer I.O.148: fugienda sunt. Vnum, vel alterum tantummodo à vobis quæro, quod omnes vnanimiter sine controversia enarratis. S. Ignatius 1534. vota nuncupauit apud Lucretiam in monte martyrum, Hierosolymam adeundi, ibiq; quoad' vixerit animarum saluti vacare. Item 1539. de Societate in posteritatem propaganda consenserunt patres.

Hæc proculdubio tenebras aliquas in legentis animo inducent. Quomodo poterat vovere Ignatius Hierosolymis mortari, cum socijs, cunctis diebus vita sua; si nouem antea annis, fundans Religionis reuelationem acceperat? Si veram reputauit, quare vovit, quod illam inefficacem reddebat? Cor non ab initio Societatem in posteritatem propagandam instaurauit?

F A L L A C I A R V M R E C O L L E C T I O ex Historica Disputatione.

ad S. 32. vñq; ad S. 39.

A N I M A D V E R S I O XXVI

Tempus loquendi, & tempus tacendi inuenio apud sapientem; & ille Angelus, qui apud Tobiam docuit Sacramen- S. 32. nū. tum Regis abscondere bonum esse, protinus subdidit, opera Ecclesi. 3: autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est; ergo utrumque Job. 12: bonum, utrumque decet Sanctos: quare pro libito erat Ignatius socijs reuelare, vel non reuelare, quæ à Deo acceperat, iuxta opportunitatem temporum, quæ maxime existimari potest, quando anceps est animus, timoreque percussus. Quod si Deus hac de causa quandoq; capitibus ordinum aliqua premonstravit, ut sequenti paragrapgo dicitur, quis prohibet, hec capita postea suos quoque socios illorum communicatione solide; sicut dixit Dominus Petro; ego rogavi pro te, ut non deficiat Luc. 22: fides tua, & tu aliquando conuersus confirmas fratres tuos? Vbi Beda, i cas. atri.

Q 3 quasi

qui dicat; siue ego tuam fidem, ne deficit, orando protexi ita in infirmiores fratres ne de nenia desperarent confortare memento; neque haec a me excogitata congruentia impertinens adiudicari debeat.

S. 24.nu. cur a Nigrone, qui superius argumentabatur; quia nunquam,

92. & nusquam eius praedicationis facta est mentio a S. Ignatio, ad

S. 23.nu. sociorum consolationem. Neque rario, qua socijs reuelatio-

311. nec hanc retinuit Ignatius squat animum, quoniam, inquit,

non eam poterat proponere adeo evidenter credibilem, ut illi non possebant dissentire; presertim cum multa, grauesq; difficultates, ac moris ab eo pranidebentur, que forte socios incredulos reddidissent, & deterruerunt, adeo, ut recessuri timerentur. Hac ultima verba contraria

Or. lib. 2 omnino videntur, ac prouersa fuerint his, quæ paulo ante ex Oratio

num. 59. dino dicebantur de socijs Ignatij. Omnes eum venerabantur, &

Nig. S. 21 agnoscabant ut Patrem, & Superius, Magnam Parisis constantiam-

num. 80. in suscep^tta vita rationibus ostenderent, ut absente magistro Ignatio,

Or. lib. 5 inter multas difficultates, & illeccbras. Postremo praedicta ratione

num. 92. commode factus Ignatius visionem celebrem de Patre æterno,

& 103. Filio Ignatum commendante socijs manifestam facere non

Nig. S. debebat, quod tamen fecit; quis hanc turic credibilem reddi-

23.n. 87 dit & certè fides, quam optimam, & specatissimam viri sanctitati habebant, quam diminutam, aut infirmatam credere non debemus.

S. 33.nu. Vt rō concedo, nec inficiari, quin ab insipiente potest, Deum,

113. cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est, consueuisse seruos suos laboribus oppressos, reuelationibus consolari. Nec me latet non semel sic cum Ignatio fecisse. At quando de san-

ta Ignatij Societate legitur, quod de Sacris Ordinib; Sanctorum

Vita Nomerti, & Romualdi exploratum habetur; quoru-

S. Nom. alter ex multitudine peregrinorum vndiq; confuentium, alter

in Vita vero scâle visione, per quam homines in ueste candida descen-

S. Rom. debant suorum ordinum intellexerunt euentum? Sed esto his

fimilibus, immò posterioribus divinis illustrationibus honestatus

fuerit Ignatius; nihilominus istiusmodi reuelationes haud in-

S. 36.nu. faciunt petitionem, quam nostri fecisse Ignatium traditio pro-

119. bat: memorare, quæ infra docentur, & vera me narrasse com-

peties.

S. 34.nu. Voluntaria, & nimis violenta videtur interpretatio, quæ ver-

bis

bis Ribadinerz affereat : nimirum implicitè Societatem designari per illa verba . Quo proximis eius opera esset vtilior ; & testimonium Maffei , qui explicitè loqui dicitur , ac properea ad Maff.libi corroborandam iam datam interpretationem adducitur , explicitè illam destruit ; quippe , quia explicitè Religionem excludit ; cum itaenam dicat . Ignatium primam operam suam , qualis esset , nequaquam intra unius familiae cancellos includere .

Et quidem latè dilucide id ipsa Ribadinerz verba declarant in citato capite , quod Nigronus saepius legisse , & perlegisse testatur : in cuius initio miror non reperisse , quæ conclusionem , quam reperit præcedebant , & interpretationem , quam adducit euertunt funditus : ea vero operæ pretium putauit hic in veritatis testimonium adnotare . dicit igitur . Hispanias , rediximus , reuersus Ignatius firmus in corde suo studijs omni conatu operam dare ; quippe qui cum sua vota frustrata Vidisset , nempe Ierosolymis commorandi donec Vita suppeteret , consilium serum examinare cepit , quid à se Diuina voluntas expeteret , quidue magis Deo gratum futurum . Deniq; (& hoc est Conclusio , quam perlelio capite adducit Nigronus) statuit , quo proximis eius opera esset vtilior , ad spiritus Diuini vocationem , literarum quoq; cognitionem adiungere . Attende omnia diligenter , quomodo ex antecedente bus haud implicitè designetur Societas ; quandoquidem perplexus , & dubius in deliberatione profertur Ignatius ; nec de Societate Ribadineram loquutum , qui Societatem ab Ignatio non dum animo conceptam commemorat : quippe qui nondum quid à se Deus expeteret , quidue eligeret ignorabat . Sensus igitur Conclusionis hic est . Ignatius , quia tunc illiteratus , & ineruditus proximos instruendo multa passus fuerat , & pluries apud Sanctæ Inquisitionis Tribunal delatus (quæ tamen ad maiorem Dei , & servi sui gloriam cesserunt) ut igitur , illis lemotis impedimentis , proximos , siue solus , siue cum alijs liberius adiuvaret , quod Ignatio semper in more fuit . literarum cognitionem adipisci , si micer statuit , qua Diuinorum rerum quoque cognitio acquiritur , & hoc est , quod inferens ego illis verbis , quo gustu rerum diuinorum acueretur , studijs operam dedisse . Quamobrem iudicet modo Nigronus , suis ne , an meis maximis randum sit verbis .

Non

S. 35. nro. Non ambigo S. Ignatium sagacissimum donorum occultatem exticisse, sed qualis extitit ora causa, qua in Romane itinere revelationem duobus socijs aperiret arcana, ut animum illis; & stimulutum adderet, & omnibus eam reticeret, quæ ad stabiliendam Societatem maximè conducebat, quo tempore de hoc præcipue disceptabant? Si ad innocescendum socijs, quæ suauem Societatem Iesu appellari voluerit, quod minime opus erat, cum pro libito, ut Societati nomen imponat, sibi ab omnibus libera facta fuisset facultas. Quodq; iam vnaeimi omnium consensu firmatum fuerat, Romani itineris celebrem illum visionem aperuit cunctis. Satis conuincens est ratio; ut credatur Ignatium, qui diuinam pollebat prudentiam, in lucem debuisse proferre, quam cælitus de novo factu acceperat, tum maxime difficultatibus inter eos obortis, qui omnes cum venerabantur, & cognolcebant ut patrem, eo magis, quod præclarum illud Romani itineris visum, cum illis, quæ singulis diebus in Sacro Missæ Sacrificio, aut oratione dulciter sentiebat in libello delcripta manu Ignatij inuenta testetur Ribadinera: Et re vera illuminationes eiusmodi, & quæ diuino afflati lumine accipiunt Sancti, nisi communicentur, sciti minime possunt: ergo quæcunq; de Sancto Ignatio ad notitiam peruererunt, alijs ut aperuerit neceſſe est. Quare nihil mihi probandum est. neque una hirundo, aut unus flos, ut floridum fecit, sed leuissimi, atq; ornatissimi, ijq; permulti; quod tamen sine detrimento taciturnitatis Ignatij dictum sit.

S. 36. nro. Si quæ dicuntur vera existimantur, nec ego inficiar consueuisse Sanctos, etiam post acceptas revelationes humano more se gerere; quod etiam Christum Dominum fecisse legimus, consulente Philippum de panibus, & si sciret quod facturus esset: eadem quippe mensura metiri debentur, & mea: nec absurdum putare Ignatium quia revelationem acceperat, Caietano adhæſisse, cuius confilio, quia Spiritu Sancto erat plenus, in vit. Br. Dei facilissime scire poterat voluntatem. Sicuti cum B. Petro de Petri de Alcantara fecisse legitur Sancta Teresia cuius dabitationes omnes, quæ ipsius mentem de Reuelationibus acceptis nimium perturbaverant illius venerabilis viri confilio continuo explosæ fuerunt. Secus mensura illa non erit mensura Sanctuarii quam debe-

debent omnes proficeri, sed obliqua, & lesbia, quam non decet Santos.

Nemo dubitare potest, quin reuelato nomine, reuelata etiā §. 37. n.
suerit Societas, vt asseritur: sed mirum admodum est, post Mā- 121. &
resanas, & alias illustrationes, ex quibus intellexerat Dei volū- §. 38. n.
tatem in ea nominatione, Sanctum Ignatium non semel per- 123.
plexum proferri, & dubium, quod vita genus eligeret, quidq; à Rib. li. 1
se expeteret Deus. Insuper, Ierosolymam perrexisse, ibidem mā uit. c. 16
suum, quoad vita suppeteret: Omnes verò primarios vēstros Maff. li.
decem patres, nonnisi anno 1539. consensisse, Societatem in 1. c. 16.
posteritatem propagare. His proculdubio Nigroni euanescut Rib. li. 1
obiecta: quare nihil mihi notandum restat, multum uero illi, vit. c. 2.
cum uix credi possit S. Ignatium, etiam post Mareshanas accep- Orl. li. 2.
tas collationes, anticipitem, & perplexum, Dei in illis præ- nu. 38.
sensisse voluntatem: ne dicam nominis impositionem ex tunc
in meo retinuisse infixam: & multò minus, certò pronuasias-
se, quod adhuc sibi fluctuanti dubium erat.

Ad ea nunc tandem se conuertit Nigronus, quæ magis cum §. 39. n.
clarissimis Scriptoribus Reu. Admod. P. Magistro Dominico 125.
Grauina, et D. Constantino Caetano Abbatे, et S. D. N. à fa-
cbris, literarum monumentis: doctrina, et eruditione conspicuis,
ac rerum antiquarum peritissimis; quam mecum agere debe-
bat, qui nihil de pījs Ignatii instrumentis dixeram. Porrò spi-
ritualia exercitia quibus mysticas animarū Vineas excolebat.
Ignatius: ad alienam voluntatem uicturus, cæteris, maiori cum
utilitate communicate poterat. Obedientia namq; et humili-
tas, præcipua spiritualis vita pīsidia, et ornamenta, apriorē,
et promptiorem hominem reddunt. In nostra èo magis famili-
a, quæ animarum curandarum sollicita, à sollicitudinibus, et
curis secularibus semota, uberiores promittebat fructus: non
timens, quin superflue curz, tanquam spinæ suffocassent semé-
tem parris familias: quare nec hoc armorum genus, quod mul-
tos iam annos tractauerat, illi relinquendum foret: nec quic-
quam cum superioribus pacilendum.

R

Quid

Q V I D S E N T I E N D V M D E E O I
quod Sanctum Ignatium opinatum esse, ferunt,
de Ordine Theatinorum.

In His. disp. §. 17. nn. 62.

A N I M A D V E R S I O X X V I I .

Quamquam nulla prorsus ratio moneat, quod in nostram Religionem à S. Sede iam confirmatā, infastē, ne dicā infestē dixerat Nigronus; nempe S. Ignatium effaeum, *Anima* nostrum Ordinem diū non duraturum: & earum quælibet, *¶* quas supra attulimus, ab hac errante opinione auertare omnes. Ipsa quoq. S. Ignatii eximia virtus manifestum hoc faciat, cui laus fuit insignis, omnia ad maiorem Dei referre gloriam. Hinc Regulam traditus, ab his profecto verbis exortius est. AD MAIOREM DEI GLORIAM. Quamobrem nequamquam in dubium verti posse censeo, eum, qui maiorem Dei gloriam in agendis quærebat semper, nulla nunc ratione maiori sua gloria Deum espoliare voluisse: qui sua bonitate, non hominum sagacitate, homines pascit. *Magnus Dominus noster* (cecinit David) & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. & post pauca, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullos coruorum invocantibus eum. quomodo invocant eum in necessitate, non importunitate: si pullos coruorum, quando eos parentes derelinquent, cæli rore Deus pascit; nobis ne decesse poterit, qui reliquimus omnia propter ipsum? absit. Audi fidei insorem: Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius: ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. Ex industria iterum nunc nihilominus in hac ultima animaduersione, id cuenterem debeo, quo ad de Iesu. ultimum usq. ille conatus est eam inficere. Dicamq. quod S. *Sip. mī.* Leo Papa: Qued dudum, & traditio decrevit, & consuetudo firmauit, nec crudelio ignorat, Pietas non pretermittat. & sic firmiter bom, 29. in memoria perceptum, leuiter non recedat. Idcirco (inquit S. in Euā. Gregorius Magnus) Dominus tunc discipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquis: ut verba, qua recedens diceret, in corde audien-

*audientium impressa remanerent : Et certè quis filius, & verè filius Matris suæ, non a cramento, verùm, & sanguine non pugnabit alacriter? Parcat mihi Nigronus, & qui Nigronum excusare voluerit; etiam si illius opinionis extitisset Ignatius, eius tamen dictum in medium adducere non debebat, quod sanè plurimum sibi obest; prodest autem nihil. Enim uero etiam si contentiosè dixerit illius certò mentis fuisse Ignatum, ut nostrū institutum non admodum duraturum sibi persuaserit: hinc tamen, nec mihi profecto, nec discreto cuiquam suadebit inquit, idcirco ad nostra transire voluisse: immo ea propter transire voluntate suadebit quam maximè, ad sanctè, & humiliter retractandum, quod non firmiter affirmauerat. Nihil namq. prorsus offendit sanctitati, eq. præcellēti, ac maxime, si sanctus quis, & ele-
ctus Dei aliquid adhuc viuens senserit, dixerit, aut fecerit, quod correctione dignum sit: Hoc quippe (ut recte Beda) solius In Luc, Beatissimæ Virginis priuilegium fuit: nec ipsis Ecclesiæ sanctæ 22. columnis, Apostolis, inquam, concessum, etiam post acceptum Spiritum sanctum; quare de Petro eorum Principe hac coapo- Gal. 2. stolus eius Paulus litteris consignauit. Cum autem venisset Ce- 1. Io. 1. phas Antiochiam, in faciem eirestii, quia reprehensibilis erat. & In e. 10. Ioannes. Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos sedue- Iud. simus, & veritas in nobis non est. Quod ad iam relatum astru- a Adue. endum assumptum refert Lyranus his verbis. Nec Apostoli ton- Pelag. go perfectiores, & maximè post receptionem Spiritus sancti, non di- b ho. de cūtūr immunes a peccato veniali. Quod & de omnibus iustis, quā- penitent. vis eximia sanctitate prædictis multò magis sentiunt omnes. c lib. 3. Hieronymus 4, Basilius b, Cyprianus e, Hilarius d, Ambro- ud Quir. fius e, Gregorius f, & Augustinus g frequenter, nouissimè ve- e. 54. rò Concilium Tridentinum. d In ps.*

Quamobrem si Sanctus Ignatius illius mentis fuit, ut nostrū i 18. institutum non duraturum crediderit ob nimiam solitudinem, e in Luc, qua hominum benevolentia, & benignitas excitari non poter- c. 5. rat, qui aliqua utilitate alliciuntur; quia hoc in Sanctæ Sedis f 18. mo: vergit defectum, Regulam approbantis, quæ diu consistere non ral. e. 14 posset, & in Christi Domini confilia, Potentiam, & Prouiden- g sis. 6. tiam: quasi hominum ægeret industria, ut homines diuina se can. 23. fantes consilia pasceret, qui solius voluntatis imperio produ- Ps. 146.

- cit in montibus sanum, & herbam seruitis hominum : magis nobis tuendæ sunt partes Domini quam serui. est enim ut Paulus docet, Deus verax, omnis autem homo mendax. idest ex Iustinia-*
- 3.
In ep.
ad Ro. 3.
Ro. 4.
Col. 3.
Dan. 14.
Pf. 15.
Pf. 49.
2. Cor.
Pf. 49.
de S. I.
gnat. t. 3
In uit. eius.
Pf. 36.*
- no uestro. ut errare, labi ac decipi posse eius veluti propria affectio videatur. quod de Deo sentire , nec possumus , nec debemus . Nunquid ille, qui uocat ea, quæ non sunt, tāquam ea, quæ sunt , ijs, quæ sunt opus habet, ut cibum paret ijs, qui sui amore, ac si non essent uiuere uolunt in mundo? nunquid ex eiborum ea rentia uira deficere potest iis , qui mortui sunt, & vita eorum abscondita est cum Christo in Deo ? Nisiquid exhaustus est thesaurus indeficiens diuinæ omnipotentiaz: et, quæ Danielem passere potuit in laque leonum, nec Darii Regis aguit promptuariis: haud cibare potuit seruos suos, à mundo elongatos , suo sancto seruitio incumbentes? quomodo autem ægere potest , qui nullius opibus æget; dicente Davide : *Dixi Domino, Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non ages. et alibi. Si es riero non dicam tibi, meus es enim Orbis terra, & plenitudo eius.* Qui ægestate quoq. et inopia ingentes nobis parat diuiciarū copias, et thesauros. Audi Apostolum. *Propter vos agenus factus est, cum esset diues: ut illius inopia diuites essetis.* Certe hanc Glossam nunquam legi in scripturis, quæ hic apponitur; nempe, *vita asperitas, aut insignis aliqua utilitas: sed absolute prouocatur. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* ubi Augustinus non enim presumere debes de viribus tuis: *omnia auxilia tua mendacia sunt, me inuoca in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me.* Omnes intelligite (clamat Chrysost.) non ab hominibus pendemus, sed in calis radices agimus: *Deus est, qui ubique nos tuerit.* Quod pluries nostris accidisse perspicuum est. Sic potissimum legitur de Venerabili Patre nostro D. Ioanne Montofano, cui cum hora prandij nunciatum esset, nihil illo mane præstitum , aut paratum , vt fratres reficerentur; pulsate, inquit, campanulam, qua ad orationem conuocantur omnes , quibus orantibus, immisit Deus cibos, quibus pascerentur serui sui , sperantes in se, non autem in hominum benevolentia , & industria, qui vitæ asperitate , aut insigni aliquæ utilitate incitanteur ad eis beneficiendum. Hinc David absolvit, canit, sine glossa . *Spira in Domino. & fac bonitatem, & inba-**

inhabita terram, & pasceris in diuinitate eius. Vbi Genebrardus iuxta litteram: *Solidè, firmiter, ac verè pasceris: Veritas firmata sem significat.* Et Iacobenius ibidem ad litteram: *Vbiste Domino commiseris, ut virtuti incumbas, de reliquis securus.* Et Dominus in Euangelio, non hominum industriz; non beneficijs, quibus homines allicitantur, suorum nutritionem tribuit, sed Diuinæ munificentiaz, qui dat omnibus affuentia, cuius (et Petrus ait) est cura de nobis. Dicit autem: *Quærите ergo primum Regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiicientur vobis.* Hinc Chrysost. *Nisi enim voluisset conservari quod erat, non creasset, quod aeterna sis creauit, ut per escam serueretur, necesse est ut det ei escam, quandoque uult esse quod fecit.* Hieron. Qui *M*aiora praeficit animam & corpus, utique & minora praefebit, escam scilicet, & vestimentum. Beda venerabilis: *Si minutissima, inquit, animalia, & qua qualibet feruntur uolatilia Deus oblitus non potest, nos qui ad imaginem facti essemus Creatoris, non debetis timere, quia qui irrationalia animalia gubernat, rationalia curare non delitit.* Et alibi: *Nolite timere, ne propter Regnum Dei militantibus, huius uite necessaria desint.* Quare si S. Ignatius illas conditiones, quas modò enumerauimus apposuit, siue ulla dubitatione credendum puto, ad nos transire voluisse, ut opere corrigeret in quod uerbo offenderat, & posteris sanctæ humilitatis præberet exemplum uir sanè sanctissimus. Definat ergo Nigronus, inter Euangelici uiri dicta, ea recensere, quæ nimium ab Euangelio distant; magis autem humili corde confiteatur, quæ humilis gessit Ignatius, pro quibus supra aethereos aule celestis sinus meruit cum Angelis coronari;

1. Pet. 5.
Matth. 6

Citatus
a S. Th.
in Cat.

lib. 4. in
Luc. cap
32.

lib. 4. c.
54. in
Luc. 12.



HORTATIO AD CHARITATEM.

MVita possem atroxere, quæ libenter omicco, ut omnia no-
stra in charitate fiant. Si vel per somnium excogitare
potuissim vestram querimoniam, vestrum dolorem : credite
mihi quæso, ab illa narratione vtiq. abstinuisse: maiorem B.
Patris mei gloriam arbitratus, pacem fouere vobiscum, quod
& libentissimè feci, postquam vobis displicere cognoui: nam in
vita Pauli Papæ IV. eos, qui inter S. Ignatium, & illum Pontifi-
cem de hoc fuerunt sermones non retuli. Postquam ab acri
Nigroni scripto me defendi, quod omni iure facere debebam,
iterum scripsere, & vestri; nec propterea ipse rescripsi : imò si-
lui patienter. Postiores suiss: sufficere vobis poterat: nolsai-
st s; Sed posthumum Nigroni vulgatis opusculum, opusculum
dicam, an famosum libellum? respondi: vos me coegistis: vo-
luistis, & viui, & mortui, & è terra, & ab inferis belligerare. Ini-
uistis fædus cum morte: manes, & umbras conuocasti ad pu-
gnam. Calamis pugnauimus, charitate non violata, pacis vincu-
lo minimè dissoluto. S. Ignatiū ad nos voluisse transtire testificor
coram Deo, & Christo Iesu, qu a non mentior, à primo mei in
Religionē ingressu à maioribus nostris accepi, à quibus ex tue-
sq. nunc ad nos hæc traditio incorrupta deuenit. Displicet
vobis: displicet, & mihi scripsisse: non quod verum non sit, sed
quia vos, verum non esse veletis. Dicam, quod Abramus ad
Loch: ne quæso sit iurgium inter me, & te, inter pastores me-
os, & pastores tuos; fratres enim sumus. Non cessistis nobis
fratribus vestris natu maioribus. nos vobis parcimus, fratri-
bus nostris minoribus; simul, & cedimus supergredientes abu-
dantia charitatis, commune illud adagium, cede maiori, & par-
ce minori: non fecisti, quod vestrum erat: facimus nos, quod
& nostrum, & vestrum est. Deus pacis, & dilectio quis sit cum
omnibus vobis fratres. Amen.

F I N. I S.



ERRATA SIC CORRIGANTVR:

Primus numerus Folium, secundus uero Versum.

- | | | |
|--------------|------------------------|--|
| <i>fol.</i> | <i>~7</i> | <i>ni - plena prebenda</i> |
| <i>Folio</i> | <i>31.</i> | <i>Versus</i> <i>19.</i> <i>Spinis Spicas</i> |
| | <i>32.</i> <i>20.</i> | <i>in in Borbonica in Borbonica</i> |
| | <i>33.</i> <i>12.</i> | <i>inter Ioannem, Petrum inter Ioannem Petrum</i> |
| | <i>35.</i> <i>9.</i> | <i>proponenda præponenda</i> <i>36.</i> <i>12.</i> <i>Nozzes Hozzes</i> |
| | <i>36.</i> <i>19.</i> | <i>subditum subditus</i> <i>36.</i> <i>31.</i> <i>seuiore seuoriore</i> |
| | <i>37.</i> <i>25.</i> | <i>ibi Ambrosius referat Ambrosius referas</i> |
| | <i>38.</i> <i>11.</i> | <i>frequenter frequentem</i> <i>41.</i> <i>36.</i> <i>Hic adde His adde</i> |
| | <i>49.</i> <i>32.</i> | <i>praescripto præscripsérat</i> <i>55.</i> <i>3.</i> <i>Grauiza Grauina</i> |
| | <i>58.</i> <i>vlt.</i> | <i>Pratiōsum Tbesaurum Pratiōsus Tbesaurus</i> |
| | <i>72.</i> <i>36.</i> | <i>enutricet enutritet</i> <i>81.</i> <i>14.</i> <i>inserijs inserijs</i> |
| | <i>81.</i> <i>27.</i> | <i>in cogitatis a cogitatis</i> <i>81.</i> <i>30.</i> <i>respondam responsum</i> |
| | <i>83.</i> <i>28.</i> | <i>adbibitis adbibetis</i> <i>85.</i> <i>3.</i> <i>in ijs ijs</i> |
| | <i>85.</i> <i>25.</i> | <i>euentum euentus</i> <i>85.</i> <i>32.</i> <i>una neua</i> |
| | <i>87.</i> <i>32.</i> | <i>amicētis amicti</i> <i>89.</i> <i>7.</i> <i>elatbro elatro</i> |
| | <i>89.</i> <i>24.</i> | <i>idem id est</i> <i>91.</i> <i>25.</i> <i>optauit optauit</i> |
| | <i>92.</i> <i>vls.</i> | <i>vita: duraret vita durares</i> |
| | <i>96.</i> <i>31.</i> | <i>minore minora</i> <i>96.</i> <i>pénult. Guidiūconio Guidiccionio</i> |
| | <i>97.</i> <i>5.</i> | <i>a Viris, Principibus a viris principibus</i> |
| | <i>99.</i> <i>10.</i> | <i>permittit,ostinatus quam permittit ostinatus, quem</i> |
| | <i>100.</i> <i>19.</i> | <i>agas: alias, & agas alias; &</i> <i>101.</i> <i>18.</i> <i>eis ei</i> |
| | <i>102.</i> <i>34.</i> | <i>resedisse rexisse</i> <i>103.</i> <i>1.</i> <i>affumis affumis</i> |
| | <i>103.</i> <i>8.</i> | <i>Lucernam Lucenam</i> <i>107.</i> <i>26.</i> <i>perscipue perspicud</i> |
| | <i>110.</i> <i>23.</i> | <i>scribendus scribendum</i> <i>114.</i> <i>pénult. iniuria incuria</i> |
| | <i>115.</i> <i>25.</i> | <i>Verone migrasse Veronam migrasse</i> |
| | <i>119.</i> <i>19.</i> | <i>actuas actuas</i> <i>121.</i> <i>8.</i> <i>wq; ad §. 22. wq; ad §. 22.</i> |

